2

*In Nomine Jesu Christi!*

# *SYNOPSIS*
# JURIS- FEUDALIS,

*Cum*

Semicenturia

*Quæstionum illustrium*

*Ex*

Aurea Bulla Imperatoris Caroli IV.

*In Academia Lipsiensi*

Decem Disputationibus

*Publicè proposita*

à


BENEDICTO CARPZOV JC. Consiliario Electorali Saxonico & Facultatis Juridicæ Ordinario.



*LIPSIÆ,*

*Sumptibus* *ANDREÆ* Kühns/

Excudebat HENNINGUS CÖLERUS.

*M DC XLVII.* 16

# In Nomine Jesu Christi!

## PRÆFATIO.

PRimam eversionem Romani Imperii non aliunde initium sumsisse existimant saniores Politici, quàm quod Gothi mercede conduci cœperint, â quo principio virtus toti Imperio adempta ipsis accessit: Externis siquidem nationibus in auxilium vocatis, occasio præbetur scrutandi vires nostras, ad quas postea evertendas hostili animo majori numero redeunt; Nam & Turcæ à Græcis Imperatoribus in auxilium acciti, Imperium Orientis occupârunt, *Tholosan. de Republ. lib. 11. cap. 3.* Econtra Venetos tutissimè ac felicissimè tunc se præstitisse, cum ex Veneta gente collecti eorum exercitus bella gerebant, testis est *Machiavell.* Princeps itaque sapiens externa arma semper neglexit, inquit *idem Machiavell.* atque ad propria procuranda animum contulit, alienis scilicet armis partam victoriam haud veram existimans, maluit suis armis vinci quàm alienis victorem esse: Adeoque cum nulla sint propugnacula certiora, nullæ arces validiores, quàm subditorum erga principes fides & benevolentia, *Bodin. 4. de Republ. 7.* nihil sanè commodius ad defensionem Imperii, testibus Impp. *Lothario & Friderico: in tit. 53. & 55. lib. 2. F.* constitui potest, quâm ut Respublica in promptu habeat nativos & exercitatos milites sibique fidelissimos: In quem finem feuda primitus sunt adinventa, ut Principes mediantibus illis sibi acquirerent Beneficiarios, quorum operâ militari in expeditionibus uterentur: Horum institutum ut sapientissimum, ita

ad Imperium conservandum utilissimum est, ut non immeritò Fulcrum Romano-germani Imperii, salus Principum & Anchora Rerumpublicarum à *Gœdd.* vocetur: Quô pulchrum tamen & excelsum, eò sanè difficilius est, ut verè dixerit *Vultejus:* Jus feudale rem quidem per se pulchram, sed difficilem esse, quippe quod non tantùm apices & thesauros Principum, sed & sapientum Virorum ingenia & calamos omni ætate mirabiliter exercuerit: Huic si addiderim dogmata juris publici, utrum altero difficilius, vel nobilius sit, nunquam non linguâ titubante respondebit, quisquis hâc de re judicandi licentiam sibi sumserit. Utrumque enim sensa Magnatum occupat, utrique Status Regiminis in Imperio Romano-germanico innititur, ex utroque lites inter Reges ac Status Imperii controversæ in aulis & Curiis determinantur. Utrumque igitur ab iis, qui jura profitentur pariter ac discunt, studio indefesso tractandum, neutrum ignaviter negligendum. Agite ergo, utrumque felici conatu aggrediamur, breviter tamen & methodicè, ita ut Synopsin Juris feudalis, quam annis ab hinc triginta & quod superat, in alma VVittebergensi conscripsimus, distinctis nunc disputationibus publicæ disquisitioni subjiciamus, ac unicuique Semidecadem Quæstionum ex Aureæ Bullæ Caroli IV. Imp. famosissimæ Legis Imperii verè fundamentalis visceribus annectamus. Utrumque hoc Studium gratum opinor & acceptum erit Dominis Studiosis; Utrique etiam benedicat, qui fons est omnis salutis & benedictionis Jesus Christus.

Index

# *Index Disputationum.*

I.

DE Origine & autoritate juris feudalis, definitione feudi, aliisq; generalibus; *Cum Semidecade quæstionum ex præfat. tit. 1. 18. & 19. Aureæ Bullæ Imp. Caroli IV.*

1. *Num in Academiis Jus publicum profitendo ac disputando tractare liceat?*
2. *Aurea Bulla unde sic dicta, quo autore & loco promulgata: ac num rursus possit abrogari?*
3. *Quis Electores ad electionem novi Imperatoris convocet: Et annon sede Archiepisc. Moguntinâ vacante, Capitulo hoc incumbat?*
4. *Elector à Moguntino convocatus, si absens plures miserit nuncios, an omnes in actu Electionis ad voti explicationem admittendi?*
5. *Electio Regis Romanorum an Francofurti præcisè institui ac peragi debeat?*

II. De Variis Feudorum divisionibus ac speciebus; *Cum Semidec. quæst. ex tit 2. & 4. Aur. Bull.*

1. *Libera an etiamnum hodiè sit Electio Imperatoris, an verò Domui Austriacæ alligata?*
2. *Quisnam eligendus in Imperatorem, ac num etiam Princeps ex Protestantibus & Evangelicis?*
3. *Vivò adhuc Imperatore an Rex Romanorum eligi poßit?*
4. *Quis Electorum in Electione Imperatoris primum dicat votum: & num hoc sibi ipsimet dare queat?*
5. *Unô vel alterô Electore absente, subsistatne Electio Imperatoris?*

III. De Personis dantibus & accipientibus feudum; *Cum Semidec. quæst. ex tit. 3. & 6. Aur. Bull.*

1. *Quænam differentia inter Regem Romanorum & Imperatorem?*
2. *Vivente etiamnum Imperatore, an Rex Roman. proprio nomine administret Imperium, ordinariamq; exerceat jurisdictionem?*
3. *Ratio numeri Septenarii in Archi-Principibus Electoribus quænam?*
4. *Qualis Archi-Principum Electorum dignitas: Unde Electoribus Ecclesiasticis Archi-Cancellariatus; & num competat iis jus eligendi Imperatorem, priusquam à Pontifice Pallium susceperint, ac infulati fuerint?*
5. *Ex Electione Trevirensis, an jus suffragii acquiratur Regno Galliæ?*

IV. De Rebus, quæ in feudum dari possunt; *Cum semidec. quæst. ex tit. 5. 7. & 25. Aur. bull.*

*1. Palatinus & Saxo in Imperio Vicarii: num vivente etiamnum, sed absente Imperatore vicariam exerceant administrationem?*

*2. Vicariis Imperii an competat potestas investiendi aliquem: & cognoscendi de feudis Regalibus, vulgò* Fahnenlehen?

*3. Elector Palatinus Rheni Judex Imperatoris, an solus in causa exauctorationis Imperatoriæ judicium exerceat; Idq; salvô Statu Imperii Monarchico?*

*4. Si primogenitus ante adeptum à Patre Electoratum natus sit; annè secundo vel tertio genito à Patre Electore prognato in successione præferatur?*

*5. Quamdiu filius Electoris primogenitus impubes sit sub tutelâ, & num eâ finitâ, cum dignitate Electorali simul administratio Principatuum ac Ducatuum ipsi restituenda?*

V. De Modis feudum constituendi, conventione & successione feudali; *Cum semidec. quæst. ex tit. 8. 9 & 10. Aur. bull.*

*1. Rex Bohemiæ an sit Elector: & quodnam habeat votum in Electione Regis Romani?*

*2. Num Rex Bohemiæ sit ac verè dicatur Status Imperii?*

*3. Justâne ratione ac fundamento nitatur formula Cancellariæ Cæsareæ, ex Europæo illo Germaniæ, Hungariæ & Bohemiæ trinubio nata:* Die Röm. Käyserl. auch zu Ungern und Böhmen Kön. Majest?

*4. Solis Electoribus jus vectigalium tribuit Aurea Bulla: at Collectatio reliquis etiam Imperii Statibus in casu necessitatis est permissa; modò fiat secundum æs & libram;* Nach eines jeden Vermögen.

*5. Jus monetandi non modò Electoribus, sed & inferioribus Statibus Imperii est concessum: quibus incumbit, pœnâ ignis in falsarios monetæ animadvertere; at num etiam adversus falsificatores monetæ peregrinæ?*

VI. De Investiturâ Feudi; *Cum semidec. quæst. ex tit. 11. 12. & 13. Aur. Bull.*

*1. Privilegium de non evocandô solis Electoribus olim concessum, hodiè omnibus Imperii Statibus est commune: Et num locum habeat in criminalibus, & contractibus alterius in Principis territorio celebratis?*

*2. An privilegium de non-appellando Electoribus concessum, obstet subdi-*

*tis,*

*tis, quo minus super nullitate Processus Cæsaream Majestatem vel Cameram Imperialem queant implorare?*

3. *Num litigantes privilegio Electorali de non appellando renunciare valeant?*

4. *In conventu Septemvirûm collegiali,* Churfürstlichem *Collegial* Tage/ *an jus sessuræ ac suffragii habeat Rex Bohemiæ?*

5. *Revocare num queat Imperator vel Princeps privilegia à se vel antecessoribus concessa?*

VII. De jure, quod ex feudo competit Vasallo; *Cum semidec. quæst ex tit. 14.15.16. & 17. Aur bull.*

1. *Inscii ac inconsultis Electoribus, an Imperator adversus Proceres & Status Imperii processum Banni decernere, eosq; proscribere queat?*

2. *Num fas sit Statibus Imperii contra Reos fractæ pacis jus Banni exercere?*

3. *Fœdera Principum Imperii de mutua successione in feudis Regalibus à Cæsareâ Majestate confirmata, num hodiè subsistant?*

4. *Annon liceat subditis invitô etiam Domino, aliò, quo voluerint, migrare, ibiq; jura civitatis acquirere?*

5. *Pœnâ diffidationis, quæ est gladii, an plectendus sit, qui per literas publicè affixas minatur alicui incendium (* Er wolle ihm einen rothen Hahn auffs Haus setzen *) vel necem. (* Er wolle ihn erschiesen oder eine Kugel schencken*?*

VIII. De jure, quod ex feudo competit Seniori; *Cum semidec. quæst. ex tit. 20. 21. 22. 23. & 29. Aur. bull.*

1. *Dignitas Electoralis inseparabiliter adhæret Electoratui; An ergò possessor duorum Electoratuum duplici jure ac voce in eligendo Romanorum Rege gaudebit?*

2. *Feuda Electoratuum Imperio aperta num Cæsar proprio jure & autoritate etiamnum hodiè reinfeudare queat?*

3. *Rege Romanorum cum Rege Galliarum de præcedentiâ concertante, uter præferendus?*

4. *Num Principes Confessioni Augustanæ addicti, Cæsarem ad Missam euntem observare & comitari, actuiq; salvâ conscientiâ interesse possint?*

5. *Investitura Feudorum Regalium quibus solennibus hodiè peragatur?*

IX. De modis & causis feudum amittendi; *Cum semidec. quæst. ex tit. 24. & 26. Aur. bull.*

1. Qua-

1. *Quanam pœna læsæ Majestatis; Et num Reus criminis hujus bona sua ipso jure amittat?*
2. *Crimen læsæ Majestatis an committatur in Imperatricem, & Regem Romanorum?*
3. *Num in Principes ac Status Imperii committatur crimen læsæ Majestatis?*
4. *Imperator an immediatè soli Deo, quam habet, acceptam referat potestatem?*
5. *Major ne sit Imperator Imperio, vel Imperium majus Imperatore?*

X. De Judicio & processu feudali; *Cum semidec. quæst. ex tit. 27. 28. & 30. Aur. bull.*

1. *Quanam officia Principum Electorum in celebratione Curiæ solennis: & num hac ab Episcopo Bambergensi conferantur?*
2. *An Rex Bohemiæ cogatur officium Archipincernæ sub Coronâ Regali explere, nec possit hoc facere cæterorum instar Electorum sub pileo Electorali?*
3. *Absente aliquo Electore, utrum ad ejus Legatum, an verò ad Subofficiarium sivè Vicarium pertineat officii administratio?*
4. *Coronatio Regis Romanorum seu Imperatoris, quo in loco hodiè peragatur, & quis Electorum coronam ei imponat?*
5. *Quânam linguâ negotia Imperii agenda & tractanda?*

---

## *Nomina Dnn. Respondentium:*

Lucas Conradus Schaffshausen/ VVittenb. Sax.
Hans Jacob Pantzer / Lipsiens.
David Gerlach, Misnensis.
Melchior Dreiling / Riga Livonus.
Johannes Caspar Curio, Dresdensis.
Theodorus Möstell / Lipsiens.
Frantz Heinrich Witzendorff / Luneb.
Martinus Newenfeld / Dantiscanus.
Adrianus Steger / Lipsiens.
Arnoldus Mengering / Hallensis.

# DISPUTATIO PRIMA,
## De
## *Origine & Autoritate Juris feudalis, definitione Feudi, aliisq; generalibus.*

RESPONDENTE
LUCA CUNRADO Schaffeshausen / VVittenb.

## POSITIO I.

COnstat Jus nostrum, quo utimur, aut scripto aut sine scripto, §. *constat.3.Inst de jur.nat.gent. & civil.l.jus civile.6. §.1.ff. de just. & jur.* Scriptum jus illud est, quod ab Atheniensibus petitum, primùm in Decem, deinde in duodecim tabulas fuit relatum: Unde postmodum omne nostrum jus tanquam ex largissimo fonte promanavit, atque ad nos est derivatum, *l.2.§.4.ff. de Orig. jur.* Vultej. *ad § 3.inst de jur.nat. gent. & civil.* Donell.*1. comment.8.* Conan. *lib.1. comm.jur.civil. cap.10.n.4.*

II.

Jus non scriptum est, quod Consuetudo aliàs dicitur, quo ipso quoque Romani interdum usi sunt, priscos imitantes Lacedæmonios, quorum jus Lycurgus scribere noluit: Nam dum illud memoriâ quisque tenebat, imprudens in id non delinquebat, sed ad parendum promptior, & ad delinquendum erat tardior, §. *& non ineleganter.10. Inst.dict.loc. ubi* Vultej.

III.

Eò referri Jus feudale, communiter affirmant *Feudistæ,* Rosenthal *in synopsi feudali, cap.1.conclus.8.* Duar. *de feud.cap.1.num.3.* Sonsbec. *part.1.n.24.* Vultej. *de feud.lib.1.cap.1.num.4.* Curt.jun. *de feud.part.1. quæst.1.num.11.* Jacob. Alvarott. *in præamb. tract.de feud.n.3. & ad tit.1.lib.1.F.* Matth. de Afflict. *ad tit.1.lib.2.F.* De constitutionibus sanè Imperatorum, quæ in libris feudorum habentur, dubium non est, quin pars sint juris scripti, §. *sed & quod Principi.6.Inst.de jur. nat.gent.& civil.l.1 ff.d.constit. princip.* Vult. *dict. cap. 1. num. 1.* Sed de consuetudinibus, è quibus maximâ ex

 parte

parte jus feudale collectum omnis est disceptatio? Hasce tamen postquam hodie in scripturam sunt redactæ & ab Imperatore approbatæ, non mansisse consuetudines, sed in jus scriptum fuisse conversas, rectè existimat Ludolph. Schrader. *de feud. part. 2 sect. 3. num. 114.*

*IV.*

Consuetudinum harum feudalium institutum antiquissimum esse inter omnes propè convenit quod haud obscurè innuit Feudista *in tit 1. § 1. lib. 1. F.* Unde verò illarum origo sit deducenda, maximè controvertitur, ut videre est apud Rittershus. *in partit. feud lib. 1. cap 1. quæst. 5.* Gars. *in tract. de expensis, cap. 12.* Vultej. *de feud. lib 1. c. 1. n. 11. &* Petrum Heig. *part. 1. qu. 1.* Marinum Frecciam *de subfeudis Baronum lib. 1. tit. de orig. feud.* Quidam enim feudorum originem ad primæ Monarchiæ principium referunt, Niell. *in disp feud. 1. th. 1.*

*V.*

Alii Feudorum initia tribuunt Romanis: Unde verò & ex quâ juris Romani parte ceperint, inter omnes æquè expeditum non est: Sunt enim qui originem Clientelis Romanorum adscribunt, ut Vasallus Clientis, Dominus Patroni loco sit, Udalr. Zas. *in epitom. feud part. 1. num. 1.* Hannet. *de feud. c. 2.* quam sententiam refutant Sonsbec. *part. 1. num. 31.* Duar. *de feud. cap 3. n. 1.* Borch. *de feud. c. 2 n. 3.* Liborius Hattyserus *de feud. cap. 1.* Nonnulli ex illis, quæ de hominibus, id est, custodibus, Colonis & Procuratoribus in jure civili scripta leguntur, originem feudorum deducunt, Cujac. *in prolegom. comm. feudal &* Borch *dict. cap. 2. num. 12.* Alii ad fundos militibus datos referunt. Vide Sonsbec. *dict. part. 1. n. 32.*

*VI.*

Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 1. num. 14.* à Carolo Magno demum feuda fuisse inventa, autumat: Alii aliâ & in discrepanti sunt sententia: Nobis tamen eorum probabilior videtur opinio, qui antiquissimam feudorum originem ad Mores Longobardorum, & sic Germanorum referendam existimant, cum communi Feudistarum scholâ; Duar. *de feud. cap. 3. n. 4.* Heig. *part. 1. quæst. 1. n. 31. & seqq.* Wesemb. *de feud. c. 3. n. 2.* Rosenthal, *cap. 1 concl. 3.*

Joh.

Johann. Ruding. *lib.1.variar.lect feudal. cap.1. n.14.* Johan. Baptista Caccialup. *in cap. 1. de feud. cognitione.* Marin. Freccia *de sub-feud. Baron. lib.1. tit. de orig feud. n. 85.* Matth. de Afflict. *ad tit.1. lib 2.F.* Jacob. Kleist. *in prolegom.concl.feudal.*

*VII.*

Quoniam autem hi mores seu consuetudines ibidem finitimis placebant populis, ab istis quoque sunt receptæ & paulatim locupletatæ, tùm moribus illorum populorum, tùm constitutionibus Imperatorum, atque postea in scripturam redactæ. Unde factum, quod in libris feudalibus reperiantur consuetudines variæ, Placentinorum, Mediolanensium & aliorum, ut & constitutiones Imperatorum Lotharii I. *tit.19, lib.1.F* Lotharii III. *tit. 52.lib.2.F.* Henrici, *tit.57. lib.2.F.* & aliæ plurimæ, quas congessit Cujac. *lib.5.feud. in princ.* Vide hâc de re differentem Gothofr. Anton. *in disp feud.1. th.1.lit.G.*

*VIII.*

Nihil ergò aliud sunt libri feudales, quam Rhapsodia quædam & farrago consuetudinum in diversis locis observatarum, & Imperatorum quorundam constitutionum, ex multorum JCtorum, qui in Curia Mediolanensium & aliorum vixerunt, libris confusè admodùm collecta, ab Autoribus, de quibus satis non constat, per ea quæ tradunt Duar. *de feud.cap.1.n 4.* Ruding. *lib.1. var. lect. feudal. cap.3.n.3.* Hartman. Pistor. *lib.2.quæst.34.n.17.* Gothofr. Anton. *dict. disp 1. th.1.lit.A.*

*IX.*

Nam Gerhardi Nigri seu Capagisti & Oberti de Orto studio libros feudorum conscriptos fuisse, veluti præsumunt Caccialup. *de feud. art.1. num.15.* Schrader. *in tract. feud. part. 1. cap.1. num 3..* & alii; Vel solum Gerhardum Nigrum libri primi; Obertum verò de Orto libri secundi & tertii autorem esse, ut opinatur Cujac. *in princ. lib.1.F.* & Borch. *de feud. c.2. num. 28.* quò minus asseramus, haut levibus adducimur rationibus. Dissent. aliter VVesenb. *in proœm. tract. feud. n.2.*

*X.*

Quamvis autem librorum feudalium Autores fuerint homines privati, potestate legis condendæ carentes, id quod certum

& expeditum, Duar. *dict. cap. 1. num. 4.* Hartm. Pistor. *in quæst. jur. lib. 2 quæst. 34. n. 19.* Ab Imperatore tamen Romano postea tacitè fuerunt approbati, dum illos in Academiis publicè juventuti prælegi, & in judiciis secundum eos judicari, sciens passus est, nec unquam prohibuit aut contradixit, illisque multa adjecit, multaque detraxit, ut apparet ex *tit. 54. & 55. lib. 2. F.* Duar. *dict. cap. 1. num. 5.*

XI.

Unde manifestè apparet, Juris feudistici in Imperio Romano non minorem esse autoritatem, quàm juris Civilis, omnesque Imperio subjectos & in eo feuda tenentes ad observantiam illius obligari, Vultej. *in comm. feudal. lib. 1. cap. 1. n. 5.* Sonsbec. *part. 1. n. 22* Schneidvv. *in Epit. feudal. part. 1. n. 1.* Curt. jun. *quæst. 1. part. 1.* Johan. Ruding. *lib. 1. var. lect. feudal. cap. 2.* Duar. *de feud. cap. 1. n. 5.* Fach. *7. controv. 2.* Jacob. Alvarott. *in præamb. feudal. num. 12.* Matth. de Afflict. *in prælud feud. num. 9. & seq.* Petrus Ravenna *in præl. Feud.* Laurent. Sylvan. *de feud. quæst. 1. n. 57.*

XII.

Quod etiam plerique juris feudalis Interpp. de secularibus personis facilius admittunt: At de Ecclesiasticis sive Clericis valdè hoc est controversum: Negant enim Canonistæ, Clericos hoc jure obligari, propterea quod judicis Laici potestas in eos haut extendatur. Sed cum exemtio probata non sit, jure exceptionem à Canonistis effictam repudiamus cum Vultej. *in tract. feud. lib. 1. cap. 1. n. 8.* Schrad. *part. 1. cap. 1. quæst. 2.* Gnenio Filon. Soaa. *in prælud. feudor cap. 3.* Sonsbec. *part. 1. n 36.* Ruding. *lib. 1. var. lect. feud. cap. 78.*

XIII.

Effectum verò suum quo sortiatur autoritas juris feudalis, Tria hæc concurrere necesse est. *Primo* ut controversia moveatur feudalis; Extra materiam enim feudalem in decidendis & dijudicandis controversiis civilibus jus feudale non attenditur, nisi illius, cum quo fortè consentit, illustrandi, aut ejusdem, si qua in re deficiat, supplendi gratiâ, *arg. tit. 1. lib. 2. F.* Rosenthal *in synops. feudali cap. 1. concl 15.* Vultej. *cap. 1. num. 9.* Borch. *de feud. cap. 2. n. 31.* Curt. jun. *de feud. cap. 3.* Vide Rittershus. *in partit. feudal. lib.*

*lib.1.cap.1 quæst.11.* Jacob. de Belviso *ad tit.1.lib.2.F.* Mozz. *in tit.1.num.36.*

XIV.

*Secundò*, ut controverſia illa feudalis pactis contrahentium non ſit definita: Nam hiſce in controverſiis ita procedendum, ut imprimis inveſtituræ cum omnibus ſuis pactis ratio habeatur, *l.23.l.ſemper in ſtipulationibus.34.ff.de Reg.jur.arg.tit.8.tit.18.tit.48.tit.12.lib.2.F.* Quandoquidem pacta negotiis, quibus apponuntur, legem dare ſolent, earumque naturam alterare & immutare poſſunt, *l.7.§.quin imò ff. de pact. l.72 ff. de contrah. emt. l.52.ff. de V.O.* Gail. *2. obſerv.50. num.15.* Mynſing. *5. obſerv.76.n.1.* Zaſ. *in epit. feud.part.8.num.49.* Gothofr. Anton. *diſp.feud.1.th.1.lit.M* Niell. *diſp.1.th.4.*

XV.

*Tertiò*, ne ſpecialis conſuetudo vel ſtatutum cujusq; loci aut curiæ dominicæ extet; cæteroquin deciſio petenda erit ex jure ſpeciali ſingulorum locorum, *arg.tit.2.tit 24.lib.2.F.* Gothofred. Anton. *dict.loc.* Roſenthal *cap.1. concl.13.* Mynſing. *dict.obſerv.76. num. 2. & 3.*

XVI.

Quod ſi alia ſit conſuetudo in provinciâ, ubi curia domini ſita eſt, alia ipſius curiæ dominicæ, alia in loco, ubi feudum conſtitutum, vel denique alia, ubi res feudalis extat, ejus loci, ubi res feudalis jacet, leges intueri oportet, Schrader. *part.5.cap.2.n.46.* Bodin. *lib.2.de Republ.c.2.* quod verum in iis, quæ ipſam rem feudalem ſpectant, aut eam ſaltem afficiunt: Quæ enim ad ſolam contractus feudalis ſolennitatem pertinent, indeque immediatè dependent, ex jure, quod in loco celebrati contractus viget, ſunt dijudicanda: Vide latè Roſenthal *cap.1. concl.14.*

XVII.

Si controverſia itaque moveatur feudalis, quæ neque pactis contrahentium, neque ſpeciali conſuetudine loci ſit definita, ad jus commune feudorum recurrendum erit, & quid eo conſtitutum ſit, videndum: Quod ſi in eo jus feudale deficiat, anne tunc deciſio ex jure civili ſit petenda? quæſtio movetur ab Interpp. juris feudalis; quam Feudiſta *in tit.1.lib.2.F.* hiſce determinat ver-

 bis:

bis: *Legum*, inquit, *Romanarum non est vilis autoritas, sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant aut mores: Strenuus autem Legisperitus, sicubi casus emerserit, qui consuetudine feudali non sit comprehensus, absq; calumnia uti poterit lege scripta.*

## XIIX.

Ex quâ Feudistæ sententiâ duo animadvertere licet: *Unum*, quod quotiescunque quæstio aliqua feudalis decisa est in jure feudali, toties decisio non sit ex jure civili petenda: *Alterum*, quod si quæstio feudalis non sit decisa in jure feudali, tunc demum ad jus commune recurri, ex eoque decisio peti debeat: Decisa autem quæstio in jure feudali dicitur, non solùm quæ verbis expressis est definita, sed etiam quæ ex ratione juris feudalis, & per bonam consequentiam inde terminari potest, *l.17. l.29. l.30. ff. de Legib. l.5. C. eod. l.6 § 1 ff. de V.S.* Schrad. *part.1. quæst.5 n 7.* Vultej. *de feud. lib 2. cap.3. num.24. & 25.* Rosenthal. *in Synops. feud cap. 1. concl.15.* Curt. jun. *part 1. quæst 4.* Jacob. Alvarott. *ad tit.1. lib.2. F. num.5.* Matth. de Afflict. *in tit.1. lib.2. F n.16. vers. & ideò* Johan. Baptista Caccialup. *cap.1. part.2. num.6.* Eguinarius Baro, *ad tit.1. lib.2. F.* Jacob. de Belviso. *ad tit.1. lib.2. F.*

## XIX.

Proinde & Argumentum à contrario sensu in materia feudali sibi vendicat locum, ita ut jure feudali expresso non extante, jus civile excludat, *arg. l. si quis locuples ff. de test. manumiss. junct. tit.1. lib.2. F.* Rosenthal *cap 1. conclus.20.* Schrad. *dict. part.1. quæst.4.* Curt. jun. *dict. quæst 4. num.4.* Dissent. Everhard. *in Topic. in loc. à contrar. sens. num 30.*

## XX.

Deficiente autem jure feudali, tum expresso, tum ratione ejus, ita ut recurrendum sit ad jus civile, prout hactenus demonstratum, quæritur: Utrum jus alteri in decisione controversiarum feudalium præferri debeat, Canonicum Civili, an verò hoc illi, si fortassis quoad propositam quæstionem dissensio sit inter jus Civile & Canonicum, id quod valdè controversum est? Nobis illorum arridet sententia, qui simpliciter & indistinctè in casu proposito jus Civile præferunt juri Canonico, *arg. cap. 13. impr. ad*

*Roman.*

*Roman. Luc.20. verſ.25.* Niel. *in diſp. feud.1.th.4.* Gothofr. Anton. *in diſp.1.th.1.* Diſſ. Schrad. *part.1.quæſt.6.*

XXI.

Cæterum hæc omnia, quæ de autoritate juris feudalis dicuntur, de textibus ordinariis ſaltem accipienda ſunt; Extraordinaria enim capitula, quæ de Ardizone nobis reſtituta ſunt à Jacobo Cujacio, autoritatem juris non obtinent, etiamſi jus contineant in capitulis ordinariis indeciſum, utpote publicâ Legumlatoris autoritate deſtituta, Roſenthal. *in ſynopſi feud. cap.7. concl.33.n.17.* Hartm. Piſtor. *2. quæſt.15.n.45. & quæſt.13. n.59.* In declaratione tamen illorum, quæ in ordinariis capitulis obſcurius tradita ſunt, non exigui videntur eſſe momenti; Hartm. Piſt. *dict. loc.*

XXII.

Sæpè etiam in jure feudali in uno eodemque capitulo contrariæ & inter ſe pugnantes JCtorum opiniones referuntur citra ullius expreſſam approbationem, ut *in tit.17. §. nam & illud. tit.28. §. his conſequenter. tit.30. tit 34. §.1. & 2. tit.36 tit.41. tit.51. §.3. lib. 2. F.* Quo caſu ex more feudiſtico, opinio reprobata plerumque ultimo loco collocari ſolet, quod obſervavit Hartm. Piſtor. *2. quæſt. 25. num 30. & quæſt 32 num.2.* Roſenthal *in ſynopſi feud. cap.7. concl.35. num.7. & cap.10. concl.42. num.39.* Hoc tamen perpetuum non eſſe apparet ex iis, quæ tradit idem Roſenthal. *dict. c.7. concl. 55.* Interim veriſſimum manet, in dubio ſemper eam ſententiam apprehendendam fore, quæ rationi juris feudalis aliiſque textibus congruit & convenientior eſt.

XXIII.

Cæterum de Notatione *FEUDI* mirum in modum diſceptant Feudiſtæ, & variæ atque diverſæ adferuntur voculæ hujus derivationes, quas collegit Conrad. Rittersh. *in partit. feud. lib. 1. cap.1. quæſt.12.* Roſenthal. *cap.1. concl.6.* Liborius Hattyſer. *de feud. cap.2.* Quidam enim à fœdere, vel à faciendo: Rurſus alii à germanico Füden; & denique alii à verbis fidelitatem promittentium derivationem deducunt, quæ ita concipiebantur: Fidelis Ero Domino Vero Meo, vel, Fidelis Ero Vaſallus Domino Vero Meo; unde contractis initialibus verborum Literis Fedum vel Feudum efficitur.

24. MI-

XXIV.

Minus errare nos arbitramur, si textus feudalis autoritate moti à fide seu fidelitate Feudum derivemus: Expressè enim inquit Feudista *in tit.3. lib.2. F. A fidelitate dicitur feudum vel à fide.* Quæ derivatio & voculæ feudi satis convenit; Nam fides (quæ feudistæ eadem est, quæ fidelitas) Longobardis fede dicebatur; atqui fede & feudum magnam habent convenientiam. Et ut notatio hæc minus forsan esset grammatica, tamen satis Logica est, quam JCti magis curare solent, Vultej. *de feud. lib.1. cap.2. num.1.* Curt. jun. *de feud. part.1. quæst.7.* Matth. de Afflict. *in prælud. feud. n.39.* Sonsbec. *de feud. part.2. n.33.* Borch. *cap.1. n.1.* Welemb. *cap.1. in pr.* Mozz. *de Orig. feud. num.1.* Rosenthal. *in synopsi feud. cap.1. concl.6.* Schrader. *part.2. cap.1.* Petrus Ravenna *in prælud. feud. vers. tertiò dubitatur.* Kleist *in prolegom. concl. feudal.* Hattyser. *dict. c.* [illegible] Petrus Rebuffus *in feudor. declarat. pag.279.*

XXV.

Germanis Feudum dicitur ein Lehen/ non à voce Leud/ seu à Leudis sive Leodibus, ut opinantur Borch. *cap.2. n.14.* & Cujac. *de feud. lib.1. in pr.* Kleist. *in proleg. concl. feudal.* sed à verbo Leihen/ vel Lehnen/ quo concessionem Rei ad usum aliquem significamus, Rittersh. *dict. cap.1. quæst.14.* Rosenthal *cap.6. quæst.29. num.10.* Heig. *1. quæst.2. num.68.* Gothofr. Anton. *in disp. feud.1. th.2. lit.a.*

XXVI.

Priusquam autem ipsum feudum definiamus, notandum est verbum feudi ὁμώνυμον esse, & in jure feudali tripliciter accipi; *Primo* enim ipsam rem, quæ in feudum conceditur, denotat, ut *in tit.8. §. econtra. tit.22. §. si vero, in verbis. Feudum malo ordine intravit. lib.2. F. tit.4. § fin. lib.1. F.* Perinde, ut pignus sumitur interdum pro re oppignorata, *tot. tit. ff. de distr. pignor.*

XXVII.

*Secundò* Feudum innuit contractum, per quem Vasallo jus in re constituitur, ut in *tit.3. in pr. & §.1. ibi: per eundem tamen cuilibet dari potest. tit.20. ibi per feudum investituram accepisse. lib.2. F.* Veluti interdum pignus pro contractu pignoris accipitur, *l.1. § fin. ff. de pact.*

XXIIX.

*Deniq;* feudum propriè & hôc maximè in loco significat jus illud, quod ratione fidelitatis & obsequii in re quapiam Vasallo est constitutum, *tit.25. lib.1. F. tit.1.§ fin.lib.2.F.* perinde ut pignus dicitur jus illud, quod Creditori in pignore competit, *tot.tit.ff. quas res pign.oblig.& tot. tit.ff.qui pot.in pign.* Vultej. *de feud.lib.1. cap.2.num.6.* Rittersh. *in partit. feud. lib.1.cap.3. quæst.4.* Cujac. *in pr. comm. feudal.* Rosenthal. *cap. 1. concl.6. num. 11.* Gœdd. *in disp. feud.1.th.12.* Gothofr. Anton. *disp. feud.1.th.2.lit. C.*

XXIX.

Meritò itaque reprobamus sententiam Rittershus. *in partit. feud. cap.3. quæst.4. & 5.* & Ludolphi Schrad. *part.2. cap.2. num.2.* qui feudum definiunt contractum, per quem Dominus utile Dominium rei immobilis vel æquipollentis Vasallo ejusque heredibus masculis, investiturâ interveniente, concedit perpetuò, & gratis, eà conditione, ut is ipsi & ad fidelitatem & ad servitia honesta ac possibilia exhibenda obligetur; Quamvis enim ut jam dictum, feudum pro contractu feudali interdum accipiatur, nullo tamen jure subnixum est, quod feudum propriè acceptum prout definiri debet, sit contractus, Hottom. *6 obs.7.* Bocer. *in tract. de qual. & diff feudi cap.1. n.6.*

XXX.

Varias ergo definitiones Feudi adferunt Feudistæ, quas recensent Vultej. *lib.1. cap. 2.* Henr. Bocer. *dict. cap.1.* Gœdd. *in disp. feudal.1.th.14.* Quibus missis, feudum definimus, quod sit quidam " Ususfructus in re aliqua, mutuæ inter Dominum & Vasallum " præstandæ fidei causa constitutus. " Vide Bocer. *in tract. de qual. & differ feud cap.1. num.1.* Vultej. *dict. loc.* & Lyborium Hattyser. *de feud. cap 2.*

XXXI.

Quod enim feudum sit ususfructus, probat tùm definitio ususfructus, tùm textus feudalis expressus *in tit.23. lib.2. F.* Borch. *de feud. cap.1. num.13.* Vultej. *dict. lib. 1. cap 2. num 9.* Niell. *disp. feud.1.th.6.* Gothofr. Anton. *dict. disp.1. th.2. lit. C.* nihil penitus obstantibus illis, quæ in contrarium adferunt Accurs. *in l 1. C. de jur. emphyt.* Sonsbec. *de feud part.2.n.18.* Bocer. *in dict. cap.1.n.13.*

Hottom. *in disp. feud. cap. 34.* Non enim feudum est Usfusfructus idem in specie cum usufructu rerum allodialium, de quo in *l. 1. ff. de Usufr. & pr. instit. eod.* sed in genere tantùm, adeoque specie est diversus ab illo, qui in allodialibus constitui solet, id quod particula *Quidam* definitioni nostræ inserta urgenter innuit, Vultej. *dict. n. 9.*

XXXII.

Diximus in definitione, Feudum constitui sub causa fidei præstandæ, quæ verba ipsam substantiam Feudi exprimunt; Constat siquidem hoc fidelitate sive fide, ad quam invicem præstandam obligati sunt Dominus & Vasallus, & hic quidem illi cum quâdam veneratione & obsequio, daß sie einander mit Rath und That getrew und hold seyn / einer des andern Schaden nach Vermögen wende und warne / und der Lehnmann dem Lehnherrn gebührende Ehre erzeige / per text. *in tit. 5. 6. & 7. tit. 27. lib. 2. F. tit. 1. §. quia vidimus. tit. 4. § si quis. lib. 1. F.* Zas. *in epit. feud. part 1. n. 8.* Schrader. *part. 2. cap. 2. num. 25. & seqq.* Borch. *de feud. cap. 1. num. 20.* Bocer. *de subst. & nat feud. cap. 1. num. 5.* Hæc tamen essentialis forma feudi ut integra sit & perfecta, cum suo semper conjungi debet genere, quod est Usfusfructus.

XXXIII.

Conventio itaque, quâ agitur, ne invicem Dominus feudi & Vasallus fidelitatem sive fidem feudalitiam præstent, feudi constitutionem ipso jure nullam reddit, & neqve Vasallum neqve Feudi Dominum facit; quia detractâ rei forma essentiali, ipsa res perit, *l. 9. §. sed si quis. 3. in fin. ff. ad exhib. arg. l. 72. in pr. vers. quoniam emtioni ff de contr. emt.* Vide Duar. *in comm. feudi cap. 2. n. 3.* Cujac. *in præfat. in lib. Feud. in fin.* Sonsbec. *in usibus feudor. part. 2. num 34.* Borch. *de feud. cap. 1. n. 20.* Bocer. *dict. c. 1. n. 13.* Seysel. *in spec. feud. in fin. defin.* Vultej. *lib. 1. cap. 7. n. 55.*

XXXIV.

Quod adeò verum putamus, ut ne quidem aliud negotii genus hâc ratione contractum intelligatur: Qui enim aliquod negotiũ, qvod solum cõtrahere voluit, inutiliter agit, omissâ scil. ejus substantiâ, is nõ modo illud idem negotiũ frustra & inutiliter tractat, sed & nullum aliud negotium conficere eo ipso censetur, *arg. l. 1. § cum*

*§.cum qui. 4.ff. de const.pecun.l.1.§. si quis, 2.ff.de V.S.* Bocer. *dict. c. 1. num. 19.*

XXXV.

An verò præter fidelitatem sive fidem feudalitiam, de substantiâ quoq; feudi sit res immobilis? diversæ sunt distractæque Dd. sententiæ: Plerique id affirmant, proindeque conventione effici non posse autumant, ut in re mobili constituatur feudum, Vultej. *lib.1.de feud.cap.7.num.55.* Rosenthal *in Synops feud cap.4. concl.1.* Rittersh. *in part. feud. lib.1.cap.7. quæst. 2.* Sonsbec. *part.2. num.15.* Jacob. Alvarott. *ad tit.1.lib.2.F.* Matth.de Afflict. *ad dict. tit.1.lib.2.F.* At solam fidem feudalitiam de feudi substantiâ haberi, non etiam rem immobilem, longè verius videtur, Bocer. *de subst.feud.cap.1.num.24.* Quin nec de feudi substantiâ arbitramur, ut Vasallus Domino servitia præstet, cum Vultej. *lib.1. cap.6. num.13.* Gothofr. Anton. *disp. feud.1.th.2.* Bocer. *dict. c.1. num.35.* Dissentientes vide apud Vultej. & Bocer.

# Ex Præfat. & tit. 1. 18. 19. Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris.

## *QUÆSTIO I.*

## *Num in Academiis Jus publicum profitendo ac disputando tractare liceat?*

Nimis arrogantèr aulici quidam juris publici cognitionem & disciplinam sibi solis tribuunt, ab eâque JCtos & Professores in Academiis exclusos volunt; Non abs re,† ut opinantur, siquidem in pulvere scholastico multa sæpè de potestate Principum, tanquam de Ideis Platonicis variè differuntur, quæ si ad usum communem exigantur, videtur in somniis fuisse laboratum,

1.

2.

 inquit

inquit Rudolph. Maximil. Dux. Saxon. apud Frider. Achill. *de*
3. *princip. inter prov. Europ. pag. 291.* ex quo vel parum † vel nihil prorsus addiscere licet, si non etiam temere & audacter summa Cæsaris Majestas ejusmodi dissertatiunculis arrodatur, juraque Prin-
4. cipum & Statuum Imperii in dubium vocentur, † à quorum partibus stat autor, quisquis etiam ille sit, discursus, Ob es heilsam und nützlich sey/ im heiligen Römischen Reich Uniones und Bündnüsse auffzurichten/ hæcce proferens: Dann dieses ist kein *privatum, sed publicum negotium Imperii*, damit *privati homines de scholis, Oratores, discurrenten*, und solches Volck nichts zu *perminiren* haben/ und ist gewiß/ daß diese Leute bey Chur-Fürsten und Ständen
5. grossen Schaden thun/ auch diesfals viel *peccirt* wird. † Ita scilicet judicant nobilissimam juris portionem versantibus in Academiis invidentes. Sed rectius sentiunt Patres Academici in supremo Electorali Consistorio. Quid verò illi? Ad Serenissimum
6. Saxonem † *sub dato 14. April. Anno* 1630 hisce scripserunt verbis: Wir können aber dabey zu erinnern nicht unterlassen/ wann die angeführten *raziones* gelten solten/ daß die *professio juris publici in Imperio Romano germanico* abzuschaffen/ und nur *Doctores juris privati*, (dessen unsere *Professores* und *Facultisten* bißhero sich alleine sich befliessen) zu *creiren*, und würde viel zu lange gewartet seyn/ wann die von Adel und *JCti* ihr *jus publicum* erst *in aulâ* (da man keine
7. *præcepta*, sondern allein *exempla* findet) erlernen wolte/ etc. † Paucis profectò multa comprehendunt, quæ pro vindicanda facultate in Academiis jus publicum tractandi invidis illis valide opponun-
8. tur. Quod si enim (1.) † disciplinam hanc usque dum Studiosi juris perfecti evaserint JCti, inque aulam ac regimen fuerint adsciti, differendam dixeris? ecquis tùm otium & occasionem discendi spondebit? Quis non sero nimis ad discendum eos accede-
9. re existimabit? judice Dn. Augusto Buchnero: † *Quid inde disci* (inquit ille) *potuit? Quid didicisse juvit, cum Senatui aut ad otium summum, aut ad summum nefas vocaretur? & modo ludibrio, modo dolori retentus nunquam seria, tristia sæpè censeret. Eadem mala jam Senatores jam participes malorum multos per annos vidimus, tulimusq;, quibus ingenia nostra in posterum quoq; hebetata, fracta, contusa sunt, breve tempus, (nam tanto brevius omne, quanto felicius*

*licius tempus*) *quolibet scire quod sciinus*, *in not. ad Plin. lib.8 epist. 14.* (2.) † Et quis vel tyro saltem ignorat, jus civile aliud publicum aliud privatum esse, *l.1.ff. de just. & jur.§ ult. instit. eod. tit.* hocque singulorum utilitatem, illud verò statum publicum concernere, *dict.l.1. &* §. *ult.* Quomodo ergò speciem † juris nobiliorem silentio poterit involvere, qui jurisprudentiam profitetur, nisi fallere velit auditores, eorumque studium ad materiem stillicidiorum, sterquilinii, de glande legenda & calce fodienda &c. ausu temerario restringere. *(3.)* † Quin nec minima juris-publici portio in fœderibus, testamentis, tutelis & pactis Principum ac statuum Imperii consistit, quorum discussiones & decisiones solis committuntur JCtis, † qui nunquam hinc suum facient officium, subtrahentes se huic negotio, vel quod non in scholis didicerint; vel ad se id non pertinere persuasi fuerint. Nescio ergo, † an non verè scripserit Christoph. Besold. Ægrotatio atque corruptela est seculi nostri, quod alicubi nil odiosius existimatur, quam leges publicas Imperii Romano-germanici allegare & Recessus, reciprocamque obtendere obligationem Statuum ac Imperatoriæ Majestatis. † quodque nonnullis in aulis privilegia & contractus vix sine Principis Aulicopoliticorumque offensione, subditi nominare audent, *in templo justit. pag. 79.* (4.) † Aliis porrò in Academiis jus publicum tractari, neminem fugit, & testatum id faciunt sufficienter Disputationes Basilienses, distinctis voluminibus editæ, nec non tomi juris publici, qui Autore Dominico Arumæo in lucem prodierunt; Cur ergo minor competeret Licentia nostræ Lipsiensi? quæ tamen primum † tenet locum inter Academias Statuum Evangelicorum, teste ipsomet Serenissimo Saxoniæ Electore, Facultati Theologicæ *sub dato 5. Decembr. Anno 1627.* hisce verbis rescribente: † Wann dann unsere *Universitæt* Leipzig unter den *Academien* der Evangelischen Reichsstände *primum locum* hat/etc. Dubium cui adhuc residet, † adeat is Johann. Limn *lib.1. de jur. publ. cap. 2. num. 9. & multis seqq.* Domin. Arum. *ad præfat. Aur. Bull. lib. 1.* Christ. Besold. *de jurisd. Imper. Roman. quæst. 1.* Herm. Kirchner. *in Morviller. lib. 1. cap. 13. num. 28. & num. 33.* Gottfrid. Fibig. *in elect. jur. publ. semidecad. 1 quæst. 4.*

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19.

## QUÆSTIO II.

## *Aurea Bulla unde sic dicta, quo autore & loco promulgata: ac num rursus possit abrogari?*

1\. Auream Bullam si quis legem Imperii fundamentalem præcipuam & primævam dixerit, verè is dixerit, quia Regimini & actis Imperii gravissimis suscipiendis & expediendis firmum ponit fundamentum; 2. † Unde Petra dicitur Romani Imperii firmissima, super quâ etiamnum Majestas & Pax ejusdem tutò quiescit, Arum. *hic concl. 2.* 3. † Nervus Pacis publicæ firmissimus, Peuc. *lib. 5. Chron. in Carol. IV.* unicum illud atque adamantinum Vinculum, 4. † quo qualescunque Imperii Romani reliquiæ & ferreolutei pedes utrinque continentur, & à dissolutione ac ruinâ adhuc conservantur, Buxdorff. *hic conclus. 1.* Meruit ideoque 5. † non plumbeâ, quam sui juris fecerunt Pontifices, *lib. 1. ceremon. eccles. Roman. cap. 2. in fin.* Limn. *lib. 1 jur publ cap. 11. n. 56.* 6. Sed aureâ Imperatoris bullâ, sive signeto, † quod gravioribus negotiis appendi solet, *Decret. Norimberg. de anno 1431. in fin. ibi:* Versiegelt mit unserer Königlichen anhangender güldenen Bulla/ apud Goldast. *tom. 1. Const. Imper. fol. 166.* firmari, ex quo Sanctio 7. hæc † synecdochicâ denominatione, *Aurea Bulla* fuit nominata, Cuspin. *in vit. Carol. IV.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 4. n. 11.* Buxdorff. *dict. loc.* Arum. *hic concl 4.* Matth. Stephan. *de jurisdict. Imper. Roman. lib. 2. part 1. cap. 5. num. 23.* Fibig. *Elect. jur. publ. Semidec. 5.* 8. *quæst. 1. num. 65.* licet non solius imperatoris † sed omnium Principum ac Statuum Imperii consensu & autoritate fuerit promulgata, *præfat. Aur. Bull. in fin. vers.* Da alle Churfürsten/etc. Martin. Rumelin. *part. 1. dissert. 1. ad Aur. Bull. th. 9 pag. 9.* sub nomine ta- 9. men & directione Imp. Caroli IV. † qui propterea minimè pœnitendus Imperio Princeps censeri debet, Fab. *lib. 4. reig. Saxon.* quantumvis eo pestilentiorem pestem Germaniæ nunquam obtigisse aliàs, dixerit Maxim. I. Imp. Spigel. *lib. 5. comm. ad Ligurin.* 10. *Guntheri,* † propriâque Caroli manu Bullam hanc fuisse compositam

ſitam quidam autumant; Quod ſi fortaſſis non verius, inquit Limn. *dict. cap.11. num.81.* attamen Bullæ noſtræ decentius, quam cum aliis id adſcribere † Bartolo JCto, in aulâ Carolina libe-raliter habito, ipſomet atteſtante *in extravag. ad reprimendum in pr.* Dubrav. *lib.2. hiſtor. Bohem.* Facta autem Bullæ noſtræ promulgatio † in ſolenni Curia ſive Comitiis Anno 1356. Norinbergæ habitis, *in fin. proœm. h.B.* Heig. *dict. quæſt.4. num.10.* Thuan. *lib.2. hiſtor. pag.100.* Melch. Goldaſt. *tom. Conſt. Imper. pag.101.* idque indubitatum ferè quoad Leges 24. priores in noſtrâ poſitas; † Reliquas enim, quæ à *tit. 24.* ſeqvuntur, Metis prioribus adjectas, clariſſimum facit *dict. tit. 24. in verb.* Die hernach geſchriebene Geſetze ſeyn in dem Hofe zu Metz *Anno* 1356. gegeben und *publiciret*, Buxdorff. *hic concl. 4.* ut hinc Bullam † Sigismundi Imper. haut nobis opponi patiamur in *cap.1. verb.* In dem Geſetz ſeiner güldenen Bulle vor Zeiten zu Metz gemacht/ apud Goldaſt. *dict. loc. pag.* 166. Quocunque autem loco editæ fuerint hæ leges, † in perpetuuum ſunt duraturæ, ut ſæpius inculcavit Imp. *h. B. tit.1. in pr. verb.* Wir erkennen und ſetzen mit dieſem Keyſerlichen Gebot/ ſo ewiglich währen ſol. *tit.8. verb:* So ewiglich Krafft haben ſoll. *tit.9. in pr.* Ewiglich zu halten. *tit.7.* Jetzo und zu allen künfftigen Zeiten/ alles ihres Inhalts und Weiſe/ſteiff und feſt unzweiffentlich wollen gehalten haben / etc. usque adeò, † ut nec ipſemet Imp. eas valeat abrogare, juramento ad obſervantium obſtrictus in Capitulatione, §. Wir ſollen und wollen auch die güldene Bull. Goldaſt. *in Polit. Imp. tom.2. de Anno 1519.* Sleidan. *lib.1. comm. p.28.* † Niſi Electores, cæterique Imperii ordines pro ſtatu & utilitate Reipublicæ in abrogationem vel immutationem conſenſerint, *tit. 12. §. 2. h. B. ib:* Auff unſer und ihr Wolgefallen währen ſoll. Rumelin. *dict. th.9.* ex quo † plurimi ſalvari poterunt actus, tacito ſaltem Archi-Principum Electorum & Ordinum Imperii conſenſu, contra ſanctionem hanc celebrati, & per contrariam obſervantiam ac conſuetudinem introducti, † quorum ſeriem benè longam recenſuimus in *Comm. ad Leg. Reg. cap.3. ſect. 3. num.9. & ſeqq.* ut hinc de collapsâ Aureæ Bullæ juſtitia, & partim exoleta ac malè abrogata ejus obſervantiâ † conquerendi cauſam forſan haut ſufficientem habuerint Cyriacus Spangenb. *in Chron. Sax. cap.289.* & Goldaſt. *in Boh. lib.4. c.6. n.22.*

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

*QUÆST.*

## QUÆSTIO III.

### Quis Electores ad electionem novi Imperatoris convocet: Et annon sede Archiepisc. Moguntinâ vacante, Capitulo hoc incumbat?

1\. Electionem novi Imperatoris primùm sibi curæ habuit Imp. *Tit.1.A.B.* Carolus IV. de convocatione Electorum *tit.1.A.B.* differens, usq; ad electionem Regis Romani in Imperatorem promovendi proficiscentibus, de salvo conductu & tuto itinere multis cautelis pro- 2. spiciens, §. *1. h. tit.* † officium intimandi electionem Archiepiscopo Moguntino Electori injungens, §. Auch setzen und ordnen 3. wir / *&c.* † & certam intimationis formam præscribens *tit.18.* *Tit.18.A.B.* *Aur. Bull.* ubi Domin. Arum. *disc.6.th 21.* Præ aliis verò Electo- 4. rem Moguntinum † propterea ad munus hoc adscitum putamus, non solùm quod potestas convocandi de antiquo jam ei competierit, ipsomet Carolo IV. innuente *h B.t.4.* §. Wenn und wie offt. *ibi:* als er von alters vormals gehabt. Rumelin. *hic p.1.diss.2. th.11.* 5. † licet exemplum contrarium Palatini, à Cuspiniano *in vitâ Caroli IV.* & Ruperti, *in vitâ Rup.* adductum non parùm id reddat dubi- 6. um, de quo tamen videatur Arum. *hîc disc.1. th 23.* Sed & quia † dignitatem ac officium Archicancellarii sustinet per germaniam, 7. *A.B. tit.2* §. *2. tit.3.* §. *2.* cujus intuitu † Archivum Imperii publicum, seu chartophylacium, quo publica Imperii documenta, actaque continentur, & Matriculam Imperii asservat, Rutg. Ru- 8. land. *de commissar. lib.5. cap.4. num 10.* Decreta † imperialia olim solus signavit, Johan. Limn. *lib.3. jur. publ cap.4. num.2.* Arum. *dict. th.23.* & si Curia Imperialis in ejusdem ArchiCancella- 9. riatu celebretur, † ipsemet super baculo argenteo omnia sigilla 10. importat, Limn. *dict. loc.* Estque ut summatim dicamus, † Collegii Electoralis Decanus, veluti patet ex Epistolâ Electorum ad Benedictum XII. Pontificem exaratâ, quæ extat *tom.1. Scriptor. german. Freheri inter annales Rebdorffii fol.425.* Meritò ideoque

† us

† ut caput sanctioris istius Consilii Electoralis Coelectores convocat, quippe cui omnes Magistratus honorum suorum fasces submittere haud indignantur, prout loquitur Budæus *de officio Cancellarii* agens, *ad tit. de offic. praef praetor.* Lancellott. *lib. 1. cap 1.* §. 4. Quid verò, † si tempore, quo fieri debet convocatio, non existat Archiepiscopus, annum Capitulo potestas hæc convocandi concedenda? Dixeris ita † ex decreto Bonifacii IIX. Pontificis; Quid autem ille? *Episcopali sede vacante*, ait, *potest capitulum, seu is, ad quem Episcopalis jurisdictio tunc temporis noscitur pertinere, iis quibus posset Episcopus, si viveret, ab excommunicationis sententia absolutionis beneficium impertiri, in cap. un. extr. de major & obedient. in 6to.* † Scilicet, quia sede vacante omnis potestas Episcopalis residet penes Capitulum, Andr. Gail. *lib. 1. observat. 30. num. 10.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. lib. 2. cap. 7. num. 107.* † unde eligere valet, *cap. cum olim, extr. de major. & obedient.* Statuta condere, *cap. cum omnes. extr. de const.* Præbendas conferre. *cap. un. in pr. extr. ne sede vac. aliquid inn. in 6to.* † & jurisdictionalia exercere, Franc. Duar. *de sacris Eccles. Ministr. lib. 3. cap. 6.* non utique convocandi jus ei ademtum erit, præsertim cum Episcopo Capitulum adeò sit connexum, † ut Conjugium spirituale invicem perhibeatur, tale scilicet, quod electione initiatum, ratum in confirmatione, & in consecratione consummatum intelligitur, † veluti rescripsit Innocent. III. Pontifex ad Moguntinensem. Sed ut ut dicta hæc sint verissima de iis, quæ jure sedis ac dignitatis Episcopalis competunt: † malè inde tamen ad jura infertur singularia, quæ non ex potestate Episcopali, sed alio respectu ac intuitu Episcopo fuere concessa, Felin *in cap. cum te, num. 17. extr. de Rescript.* Arum. *dict. th. 23. pag. 57.* Moguntino † verò convocandi potestatem, singulari indultu, non tanquam Episcopo, sed Principi & Electori Imperii competere, sat manifestè liquet *ex tit. 4. A. B.* §. Ferner so offt etc. Ex quo † bene concludit Arum. Sede Episcopali vacante, Capitulum ad convocationem Electorum nequaquam admitti, *disc. 1. th. 24.* & post eum Matt. Rumelin. *hic diss. 2. th. 12.* Ac certè † si ullo casu jus convocandi ad Capitulum devolveretur, id utique tùm fieret, quando hoc in munere ne-

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

gligens est ArchiEpiscopus Moguntinus, *arg. cap. nulla extr. de concess. prabend.* Innocent. *in cap. cum in cunctis. num. 9. exter. de elect.* Et † tamen proprio motu tùm Electoribus Francofurtum advenire jus est, *h. tit. 1.* §. Wann es aber, *vers.* Und do vielleicht der Ertzbischoff zu Meintz/ etc.

23.

## QUÆST. IV.

## Elector à Moguntino ad electionem vocatus, si absens plures miserit, an omnes in actu Electionis ad voti explicationem admittendi?

1. Convocati à Moguntino Electores ad comitia electoralia, zum Wahltage/ comparere debent, si non in propria

*Tit.19. A.B.*

2. personâ, attamen per † nuncium saltem, veluti hunc Woldamarus, Elector Brandenburgensis in discordia Friderici Austriaci & Ludovici, Bavari, ad Electionem misit, referente Crantz. *lib. 9. cap 8. in Saxon.* † Et Rex Bohemiæ Ludovi-

3. cus post obitum Maximiliani I. Imperat. Legatum suum Ladislaum Sternebergum ablegavit; Sleid. *lib. 1. histor.* Idem-

4. que † à Serenissimo Electore Saxon. & Brandenburg in nuperâ Invictissimi Cæsaris Ferdinandi III. electione factum

5. novimus; quod jure haud fieri tantum abest, † ut etiam Bulla nostra expresè id permiserit, *h. t. 1.* § Und welcher Chur-

6. fürst/ etc. † certamque mandati Legatis exhibendi formam præscripserit *in tit. 19.* Forma des Gewaltbriefts eines Churfürsten/ welcher seine Botschafften zu Verrichtung der Wahl

7. abzufertigen vorhabens. † Quin & duos pluresvè mitti posse nuncios, expeditum reddit formula mandati, in numero plurali concepta, *dict. tit. 19. ibi:* Sie sämbtlich/ und einen ieden vollkömlich/ zu unsern Anwald und sonderbaren Botschaff-

8. ten gemacht/ ac passim. † Disputatum hinc fuit in electione Carol. V. Anno 1519. an omnes simul Legati ad ipsam ele-

9. ctionem admittendi essent? † Cum enim supra laudatus Rex Bohemiæ Ludovicus quatuor misisset Legatos, Ladislaum Sternebergum, supremum Bohemiæ Cancellarium, Christophorum de Schvvanenberg, Ratislaum de Benzkomen, & Jacobum de VVurtzesenitz, omnes ac singuli ad a-

10. ctum electionis anhelabant, in argumentum trahentes, † quod

quod Bulla nostra non unum, sed plures ablegare permittat nuncios, frustra verò ablegarentur, si deliberationibus interesse vetarentur. †Ita enim habent verba Goldasti: Daß sie alle Viere in der Wahl sitzen und seyn wolten/ und sagten/ die güldene Bull vermöge/ wann ein Churfürst/ etc. persönlich nicht kommen könte/ daß er seine Botschafften mit vollkömmlichen Gewalt schicken sol/ also daß es nicht auff einer Person stehe/ sondern auff ihnen allen/ wie sie dann auch alle sämtlich mit einander abgefertigt waren/ Goldast. in Politischen Reichshändeln/ *part.1.tit.17.fol.29.&30.* † Sed parum effecerunt, unico tantummodo, nempe Ladislao Sternebergo ad deliberationẽ & Electionem admisso, Gold. *dict.loc.* quod & postea † aliquoties, ac nuper in electione Dn. Ferdinandi III. Imp. observatum percepimus, non abs re & causâ prægnante. † Cum enim Elector quisq; unicum tantummodo habeat votum, quod æquè per unum, ac per plures explicari potest, non saltem supervacaneè † sed & majori periculo intempestivæ propalationis cæteri admitterentur, quia † res pluribus commissa, citius erumpit. Additque Arum. numerum septenarium augeri non debere, *Disc. 6. ad tit. 19. A. B. th. 25.* † quæ tamen ratio minus probabilis, postquã plures unius Electoris Legati unicam repræsentant personam, unumque solummodo explicant votum.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

## *QUÆST. V.*

## *Electio Regis Romanorum an Francofurti præcise institui ac peragi debeat?*

Ne quidquam periculi metuendum Electoribus, in locô, quo Regis Romanorũ electio peragenda, Cives etiam Francofurtenses Bulla nostra obstringit, † ut scil. vigore juramenti desuper prȩstandi, omnes Electores, & quemlibet eorum fideli studio protegant, sub pœnâ perjurii ac Banni Imperialis; † nec non jurium ac privilegiorum suorum amissione, *tit.* 1. §. Wir befehlen/ iisque porrò injungit, † ut toto electionis tempore non solùm neminem præter Electores eorumque comitatũ, qui est Equitum ducentorum, in urbem intromittant, † sed & intromissos sine morâ expellant, sub pœnis jam commemoratis. §. Die vorgenante. Arthus *in relat. elect. D. Matth. apud* Goldast. *in polit. imper. part. 1. fol. 171. & 172.* Rumelin. *hic p. 1. diss. 1. th. 18.* Arum. *hic disc. 1. th. 35. pag. 78.* Francofurtenses autem soli, † quia hâc Lege ob-

1. *Tit. 1. A. B.*

2.

3.

4.

5.

6.

obstringuntur, facilè colligere est, Electores Francofurtum convocari ad electionem Regis Romanorum. † Quondam sanè aliis etiam in locis ea peragebatur, veluti Otton. II. Imper. Aquisgrani, Cuspinian in vit. *Otton. II.* Henricus III. itidem Aquisgrani, Albert. Krantz *lib. 4. c. .. in Metropol.* Henric. V. Wormatiæ, Frising. *lib. .. c. 4.. hist.* Lotharius II. Moguntiæ, Frising. *dict. lib. 7. c. 17.* & Conradus Suevus Constantiæ electi fuere, Frising. *lib. 1. c. 2. de reb. gest.* Frid. Imp. † Sed postea sola Francofordia electioni est præfinita, *b. B. tit. 28.* §. Wir befinden auch, *vers.* daß die Wahl eines Römischen Königs zum künfftigen Keyser in der Stadt Franckfurth gehalten werde / † à quo tempore regulariter Impp. Francofurti electos, probat exemplum Wenceslai, filii Caroli IV. Cuspin. *in VVencesl.* Ruperti Palatini, Cuspin. *in Ruperto.* Alberti II. Krantz *lib. 11 c. 29. in Saxon.* Friderici III. Crantz *dict. lib. 11. c. 20.* Maximiliani I. Crus. *lib. 8. c. 20. part. 3. annal. Suevic.* Caroli V. Joh. Sleid. *lib. .. histor.* † Matthiæ itidem & Ferdinandi II. docente nostri seculi historiâ. Rationem hujus sanctionis si quæsiveris? dicimus specialem † nō solummodo benevolentiæ affectum, quo persecutus est Civitatē Francofurtum Imp. Carol. IV. sed & singularem † loci illius cōmoditatem ansam ei dedisse, scilicet quia Civitas Francofurt. veluti centrum in medio posita perhibetur; † Et si non solùm quali in agro, sed & quâ ejus parte sita sit, consideremus, vix alibi melius iis, quæ ad vitam necessaria non incolis tantum, sed etiam Advenis forent, electionem institui posse, fatebimur cum Arum. *dict. th. 35. pag. 73.* † Quod & procul dubio permovit Imper. Fridericum II. ut nundinas antea Moguntiæ haberi solitas, Francofurtum transtulerit, Melchior. Goldast. *tom 3. Const. Imperial. constit. 1.* Crus. *lib. 5. cap. 2. part. 3. annal. Suevic.* † Quid causæ ergo, inquies, quod neglecto Aureæ Bullæ præscripto Imper. Ferdinandus I. Coloniæ, Sleid. *lib. 7. histor. de Stat. Relig.* Maximilianus II. verò & Rudolphus II. Ratisbonæ, Thuan. *lib. .. & .. histor.* † ibiq; modernus Imper. Dn. Ferdinandus III. cui Deus vitam concedat longævam, fuerit electus? † Non certè frustra & absq; causa urgente id factum credimus, nec contra tenorem Bullæ nostræ, quæ exceptionem rationabilem nequaquam excludit: † aliamq; Caroli IV. mentem nobis persuaderi patiamur, tantum abest, ut is dilectis potiùs verbis, exceptionem admiserit, *in dict. t. t. 28.* §. Wir befinden auch. *in fin.* Dom. Arum. *allegat. th. 35. pag. 77.*

Soli Deo Gloria.

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Secunda,

*De*

## *Variis Feudorum Divisionibus ac Speciebus.*

RESPONDENTE

Hans Jacob Pantzern/ Lips.

*I.*

VIdimus *disput. praeced.* Originem Feudorum, Autoritatem Juris Feudalis, aliaque praeludia: Jam ordine subjiciamus Feudorum Divisiones, quarum variae, & incerto numero definitae hinc inde apud Interpretes reperiuntur; Alii enim quinque, alii septem, alii octo, alii decem, alii viginti posuerunt, ut videre licet apud Duar. *de Feud. cap 4.* Zas. *in Epit. feud. part. 2.* Alvarott. *in procem. feud. num. 20.* Borch *de feud. cap. 4.* Sonsbec. *part. 3.* Schrader. *part. 2. cap. 3. & 4.* Vult. *de feud lib. 1. cap. 8.* Nos praecipuas saltem, & in jure feudali fundatas recensebimus.

*II.*

*Primò* itaque, Feudum aliud est Masculinum, aliud foemineum *tit. 30. & tit. 50 lib 2. F.* Masculinum germanis Ein Mannslehen dicitur illud, de quo masculus primùm est investitus, Foemineum germanis Ein Weiberlehen/ oder Kunckellehen/ Rosenthal *in synopsi feud. cap. 2. concl. 6.* quod á foeminâ est adquisitum, seu id, de quo mulier primùm est investita, *arg. tit. 30. tit. 50. tit. 11. lib. 2 F.* Vult. *lib. 1. cap. 8, n. 3.* Rosenthal *dict. cap. 2. concl. 6. & 7.* Hattyserus *in analysi feud. cap. 4.* Vide Hartm. Pistor. *lib. 2. quaest. 34. n. 13.*

*III.*

Feudum igitur masculinum & foemineum aestimandum est ex primo adquirente, non ex adquirentis successore, neque etiam ex personâ feudum concedentis; ita fit, ut foemina habere possit feudum masculinum, & vicissim masculus feudum foe-

mineum: Quamvis enim quidam existiment, omne feudum, in quo fœmina succedit, esse fœmineum, masculinum verò illud, ad cujus successionem soli masculi admittuntur, nunquam fœminæ, ac ne quidem masculis omnibus deficientibus, Sonsbec. *de feud. part. 3. num. 24.* Rittershus. *in partit. feud. lib. 1. cap. 4. quæst. 18.* Jacob. Alvarott. *in proœm. feud. num. 27.* Schrader. *part. 2. cap. 4. num. 11.* Anton. Cont. *in comm. feudal. cap. quib. feud. dar. poss.* illud tamen fortassis de hodierno usu loquendi procedit, jure autem nostro feudali nullo fundamento subnixum est, *arg. dict. tit. 30. & 50. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 8 n 3.*

IV.

Addunt vulgò huic divisioni tertiam speciem, videlicet feudum mixtum, quod conflatum est ex masculino & fœmineo feudo, puta quando de eodem simul investiti sunt masculus & fœmina: Hoc enim casu, quia ex parte per masculum feudum fuit adquisitum, ex parte per fœminam, pro mediâ parte habetur masculinum, pro alterâ mediâ fœmineum, & sic mixtum, adeoque sola filia relicta, in mediam tantummodò feudi partem succedit, altera verò pars ad Dominum, ejusve heredes revertitur, *per text. in tit. 104. lib. 2. F.* Verùm, quoniam in mixtis id, quod potentius est, spectari solet, *l. 3 ff de jurisdict. l. 10 ff. de Stat. hom.* non malè quis feudum ejusmodi retulerit ad feudum masculinum, cum non facilè in divisionibus tertium membrum assumi debeat, ac præterea hæc sententia nulli textui juris feudalis authentico innitatur, Hunn. *in disp. feud. 2. th. 24.*

V.

*Secundò* dividitur Feudum in Vetus & Novum, *tit. 3 pr. tit. 11. §. his verò tit. 12. tit. 15. lib. 2. F. tit 92. in extraord.* Vetus, germanis Ein Altväterlich/ Uraltväterlich/ Stam̃ oder Altlehen/ est illud feudum, quod quis non habet à seipso, sed ab antecessore suo: Ex quo quid Novum sit facilè apparet, nempe id, quod in primi adquirentis personâ consistit, vel quod Vasallus possessor ipsemet primùm vel novâ investiturâ, vel præscriptione adquisivit, *tit. 8. § f. lib. 1 F tit. 32. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 8. num. 4.* Henr. Bocer *in tract. de qual. & differ. feudi, cap. 3. num. 77. cum seqq.* Duar. *de feud. cap. 4. num. 10.* Rosenthal *in synops. feud. cap.*

*cap.2. concl.9* Jacob. Alvarott. *in proœm. feud. num.25.* Liborius Hattyserus *in analysi feud. cap.4.* Mozz. *de divis. feud. n.53.* Wesenb. *de feud. cap.2. n.6.*

*VI.*

Quod si feudum aliquod Vetus casu aliquo ad Dominum redeat, & Dominus illud vel eidem, qui antea habuit, vel alii investiturâ novâ concedat, Feudum Novum dicetur, Vult *dict. num.4.* Schrader. *de feud. part.2. cap.3. num.43.* Proinde feudum, quod Vasallus ob feloniam amisit, ex gratiâ verò Domini & consensu agnatorum redditum est ipsius filiis, Novum est feudum in personis filiorum, *tit.45. vers. licet alterum. lib.2. F.* Schrader. *dict. num.43.* Bocer. *dict. cap.5. num.88.* Zas. *in Epit. feud. part. 3. num. 2.*

*VII.*

Quid verò habendum de eo veteri feudo, quod Vasallus Domino suo refutavit, ut de eo filii, puta Sejus & Sempronius vicissim investirentur? Nunquid in personis filiorum hoc feudum erit Novum, ita ut Semproniô mortuô sine herede legitimo, ejus pars ad Dominum revertatur, non ad Sejum fratrem pertineat? Vetus hoc feudum manere, sancitum legimus *in tit. 14. lib.2. F. ubi gloss.* Bocer. *dict. cap.5. num.90.*

*VIII.*

Vetus feudum rursus quidam subdividunt in paternum & antiqvum: Illud appellitant, quod quis obtinet vel à Patre, Avo, Proavo, vel Abavo, *tit.8. §.1. lib.1. F.* Antiqvum verò, quod adquisitum est ab aliquo majorum, qui est ultra Abavum: Quæ tamen subdivisio juri feudali consentanea non videtur, *per tit.50. lib.2. F. tit.14. § 2 tit.12 lib.1. F.* Schrad. *in tract. feud. part 2. cap.3. num.39.* Gverrin. Piso. Soaz. *in prælud. feud. cap 45. n 4* Hartm. Pistor. *lib.2. quæst 5. num 2.* Bocer. *dict. cap.45. num.86.* Vide Schenck. Baronem à Tautenb *ad tit.8. § 1. lib.1. F* Rittersh. *in part. feudali. lib.1. cap.4. quæst.13.* Zas. *in Epit. feud. part 3. n.1.* Vult. *dict. cap 8. n.5.* Petrum Ravennam *in prælud. feudor. vers. aliud est feudum antiqvum.* Borch. *de feud. c.4. n.2.*

*IX.*

Differentiæ Feudi Novi & Veteris multifariæ dantur, & n-

alias nunc prætereamus, quas prolixè commemorat Andreas Gail. 2. *observat.* 50. In Feudo Novo solùm descendentes succedunt, non Collaterales, *c.un.* §. 2. *vers. sin autem, tit.* 1. *lib.* 1. *F.* In feudo autem antiquo succedunt etiam Collaterales non existantibus descendentibus. *c.un.* §. *his verò, tit.* 11. *lib.* 2. *Feud.* Unde quærunt Interpretes Juris feudistici; Si Dominus feudum alicui novum concedat, ita ut Vasallus jure feudi antiqui id possideat, Nach Art und Eigenschafft eines rechten alten Stamm-Lehnguts / utrum tale feudum habeat naturam & qualitatem feudi antiqui, ita ut Collaterales ad ejus successionem admittantur non extantibus descendentibus? Quod affirmandum putamus ex communi & dubio procul verissima opinione, Mynsing. *centur.* 4. *observat.* 84. Rosenthal. *in synopsi feudali cap* 2. *concl.* 13. Curt. Jun. *de feud. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 9. Duar. *de feud. cap.* 4 *n. f.* Bocer. *in tract. de qual. & diff. feud. cap.* 5. *num.* 91. Ruding. *lib.* 1. *var. lect. feud. cap.* 26. Udalr. Zas. *in Epit. feud. part.* 12.

*X.*

Econtrà feudum antiqvum concessum jure feudi Novi, retinere & non alterare naturam feudi antiqui, constans est Feudistarum sententia, nisi forsan & Agnati, de quorum præjudicio hîc agitur, consentiant: Etenim cum Agnati in feudum antiqvum succedant, non etiam in novum, illudque jus succedendi in feudum antiqvum competat ipsis beneficio primi concedentis Domini, & primi adquirentis Vasalli, *tit.* 14. §. *si Capitanei. lib.* 1. *F.* hoc jus ipsis invitis auferretur, dum Feudum istud antiqvum Dominus concederet alicui jure feudi novi, contra *l. quod nostrum.* 11. *ff. de Reg. jur.* Rosenthal *dict. cap.* 2. *concl.* 17. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 7. Zas. *in Epit. Feud. part.* 3. *num.* 5. Rittersh. *in part. feud. cap.* 4. *quæst.* 14. Curt. Jun. *de feud. part.* 1. *q.* 8. *n.* 9.

*XI.*

Cæterùm, cùm sæpe numero fiat, ut de eo quidem constet, quod feudum sit, sed dubitetur, utrum sit novum, an verò antiqvum, magna est atq; difficilis inter Feudistas disceptatio, num in dubio pro Novo, an verò pro Antiquo præsumi debeat? Qua de re diversæ ac disparatæ Dd. inveniuntur sententiæ, ut animadvertere licet apud Menoch. *lib.* 3. *de præsumpt. cap.* 85. Bach. *lib.* 7.

ver-

*contr.59.* Nos in hâc quæstione distinguendum existimamus: Ut si quidem Vasallus, aut ejus heredes sint in possessione feudi, tunc si contra illos Dominus agat, & feudum novum esse asseverat, pro Vasallo præsumatur feudum antiqvum, & Domino onus probandi incumbat; Si verò Dominus sit in possessione, & Vasallus agens feudum antiqvum dicat, pro possessore feudum præsumatur Novum, Vasallo autem onus probandi imponatur, ita ut si in probatione defecerit, tunc Dominus præstitô prius juramentô absolvatur, & feudum novum judicetur, *tit.12.junct. tit.10. lib.1. F. l.2.C. de probat. l.4. C. de Edendo.* Vide Rosenthal *cap.2.concl.31.* Ritterh. *lib.1.cap.4 quæst.16.* Schenck. Bar. *ad tit.11. §. si verò, lib.2.F.* Borch. *de feud. cap.4.n.3.*

XII.

Quod si neuter, nec Senior nec Vasallus in possessione sit, pro antiquo præsumendum est, & Vasallus affirmans feudum esse antiqvum, propter hanc præsumtionem in possessionem est constituendus, donec Dominus contrarium probaverit, quod si non fecerit, in possessione relinquitur Vasallus, modô prius juret, vel parti adversæ jusjurandum deferat, nisi forsan judici fide dignior, quàm Vasallus videatur, *tit.26.junct.tit.11.lib.2.F.* Vult. *dict.cap.8 num 8 circa fin.* Hunn. *in disp feud.2.th.40.* Mozz. *de feud.cap.de nat.feudi.n.21.* Schrader. *part.2.c.3.n.41.*

XIII.

*Tertiò* dividitur Feudum in Nobile seu honoratum, & Ignobile sive plebejum, quod & Burgense vocant, *tit.10.lib.2.F.* Duar. *de feud. cap.4 num.8.* Schrader. *in tract. feud. part.2.cap.3.num.10.* Jacob. Alvarott. *in proœm feud. num.22. & ad tit.10.lib.2.F.* Liborius Hattyserus *in analysi feud.cap 4.* Jacob. de Belviso *in proœm. feud.* Borch. *de feud.cap.4. num.13.* Bocer. *de qual. & diff. feud.c.3.* Anton. Contius *in comm. in consuet. feud. cap. de divis. feudor.* Nobile Feudum, germanis Ein Adelich- oder Ritterlehen/ quod concessum est ab eo, qui simul potestatem & voluntatem nobilitandi habuit: Ignobile sive Burgense, germanis Ein Bürger- oder Gemeinlehen/ quod concessit is, in quo aut voluntas, aut potestas nobilitandi defecit, Vult. *lib.1. de feud. c.8.n.9.* Niell. *disp.feud.1.th.7. lit. C.*

XIV.

Ad hoc itaque, ut Feudum dicatur Nobile, potestas nobilitandi requiritur: Cùm enim Nobilitas non rei cohæreat, sed personæ, neq; à Re, sed à personâ concedentis dependeat, ipsum feudum suum possessorem non nobilitat, sed nobilitas illa, sicut & quælibet alia dignitas ab Imperatore, qui potestatem habet dignitates conferendi, in Vasallum derivatur. Vult. *dict. cap.8.num 9.* Niell. *dict. loc.* Diss. Rosenthal. *in Synopsi feud. c. 2. concl.2.* Bocer. *in tract. de qual. & diff feudi, cap 3. num. 18. & seqq.* Jacobin. de S.Georg. *in verbo in feudum, num.24.* Schneid. *in Epit. Feud. part 1.num.33.* Rittersh. *in partit. feudal. lib.1.c.4. quæst.8.* Borch. *de feud. c.4.n.13.*

XV.

Potestas tamen non sufficit, nisi simul accedat nobilitandi voluntas: Etenim feuda etiam sine Nobilitate ab eis, qui nobilitandi potestatem habent, dari possunt; Indeque fieri existimatur, ut interdum aliquis ab Imperatore investiatur de Ducatu aut Comitatu, nec tamen appelletur Dux aut Comes, sed tantùm possessor Ducatûs aut Comitatûs; Ein Einhaber oder Besitzer des Fürstenthumbs oder Graffschafft / Vult. *dict. cap.8.n.9 & 10.* Rosenthal *dict. c.2. concl.2. n.8.*

XVI.

Hæc autem voluntas nobilitandi vel expressa est, vel tacita: Quarum hæc colligitur ex eo, si Princeps aliquem de Ducatu, Marchionatu, Principatu, aut Comitatu investierit: Nam hoc ipso eum cum Ducatu Ducem, cum Marchionatu Marchionem, cum Principatu Principem, cum Comitatu Comitem, atq; adeò Nobiles fecisse præsumitur, *tit.10. lib. 2. F.* Vult. *dict. loc.* Rosenthal *dict cap.2. concl.2. in fin. & cap.9. concl.55. num. 4. & 5.* Gail. *de Aresto Imperii, cap.6. num.9.* Ut ita voluntati res accedat tanquam Symbolum, eò quod potestatem nobilitandi habens nobilitare aliquem potest, etiamsi nullum ipsi concesserit feudum. Vult. *dict. loc.*

XVII.

Nobile Feudum rursus subdividitur in Regale & Non-Regale, *tit.14. in pr. lib.1. F. & tit.34. pr. lib. 2. F.* Bocer. *de qual. & differ.*

*differ feud. cap. 2. num. 36.* Vult. *dict. cap. 8. num. 10.* Alvarott. *in proœm. feud. num. 21.* Jacob. de S. Georg. *in verb. in feudum num. 5.* Marin. Freccia *de subfeud. Baron. lib. 3. tit. diff feud. reg. &c.* Hattyserus *dict. cap. 4.* Ravenna *in prælud. feud. vers. tertiò dubitatur.* Regale feudum, quod germanis dicitur Ein Fahnenlehen oder Scepterlehen/ darumb daß Keyserliche Majestät den Weltlichen Fürsten solche mit Fahnen leihet/ den Geistlichen Fürsten mit einem Scepter/ *Jur. Saxon. lib. 3. art. 60. ubi gloss.* Schrader. *part. 2. cap. 3. n. 6.* Schneidwin. *part. 1. n. 30.* est feudum nobile, supremi Principis authoritate concessum cum dignitate regali. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. n. 10.*

XIIX.

Non-Regale Nobile feudum est, quod authoritate summi Principis offertur cum dignitate, quæ regali est inferior, Vult. *dict. loc.* Diss. Bocer. *dict. cap. 3. num. 38. & seqq.* Ad Regale igitur feudum duo conjunctim requiruntur, quæ ab invicem minimè separari debent: *Primùm*, ut feudum concedatur supremi Principis authoritate, *tit. 14. pr. lib. 1. F.* Secundò, ut constituatur cum dignitate regali, seu tanquam *feudum* regale: Vult. *dict. loc.* Rosenthal. *cap. 2. concl. 2. n. 9.* Duar. *de feud. c. 4. n. 7.*

XIX.

Cæterum in jure feudali, Vasallorum ex feudis nobilium quatuor gradus dantur sive ordines *in tit. 10. lib. 2. F.* quorum singuli singulis ornantur dignitatis titulis: *Primus & supremus gradus* continet eos, qui feuda possident regalia, ut sunt Reges, Electores, Duces, Marchiones, Archiduces, Landgravii, Burggravii, Comites, *dict. tit. 10. lib. 2. F.* quibus hodie connumerari possunt Barones, Udal. Zasius *in Epit. feud. part. 5. n. 29.* Schenck Baro *ad tit. 10. lib. 2. F.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 10.* Schrader. *part. 10 sect. 1. num. 22. & seqq.* Eguinarius Baro *ad dict. tit. 10. lib. 2. F.* Rosenthal. *cap. 2. concl. 1. n. 4.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. Dux. vers. quid sit Rex. num. 10.* Qui omnes Capitanei Regni, item Regis Capitanei vocantur, *dict. tit. 10. lib. 2. F. & ibidem* Jac. Alvarott. *tit. 1. §. 1. lib. 1. F.* Bocer. *de qual. & diff. feud. cap. 3. num. 23. & seqq.*

XX.

*Secundum* Vasallorum nobilium ordinem intrant, qui à Principe, id est, ab Imperatore, vel ab aliquâ potestate de plebe, vel parte plebis per feudum investiti sunt, *dict. tit. 10. vers. qui verò à principe. lib. 2. F.* Quo-loco per potestatem significatur Rex, Dux, Marchio, Comes, &c. ut arguit textus *in tit. 1. § Dux vers sunt & alii. lib. 1. F.* Plebem autem explicat Bocerus *in dict. cap 3 num. 30.* populum aliquem non tantùm pagi & vici, sed & municipii alicujus sive Civitatis: Aliter Vult. *cap. 4. num f* Hujus ordinis Vasalli dicuntur Regni Valvasores, *tit. 1. § 1. lib. 1 F.* Et hodie etiam propriè Capitanei, item Valvasores majores, *dict. tit 10 lib. 2. F. tit. 7. tit. 17. lib. 1. F.* Egvin, Baro. *ad dict. tit. 10. lib. 2. F. & ibidem* Jacob. Alvarott.

XXI.

Sub *Tertio* Vasallorum Nobilium ordine comprehenduntur, quos aliquis Valvasorum Regis sive Regni, de parte sui feudi antiquitùs investivit: Atque hi Vasalli appellantur minores Valvasores, quandoque simpliciter Valvasores, *dict. tit. 10. vers. qui verò. lib. 2. F.* Ut autem hujus ordinis aliquis Vasallus sit nobilis, tria conjunctim requiruntur: *Primò*, ut investitus sit à Valvasore Regis, sive Regni. *Secundò*, ut ipse investiens Regis Valvasor hunc Vasallum investierit de parte sui feudi, quod ut Valvasor Regis possidet. *Tertiò*, ut antiquitùs facta sit haec investitio. Vide Henricum Bocer. *dict. cap 3. n. 41.*

XXII.

*Quartus* denique ordo sive gradus Vasallorum nobilium eos concernit Vasallos, quos aliquis minorum Valvasorum de parte sui feudi, quod à Valvasore Regis possidet, antiquitùs investivit, *dict. t. 10. vers qui autem à Valvasoribus. lib. 2. F.* Hujus ordinis Vasalli Valvasini appellantur, item Valvasores minimi, *dict. tit. 10 lib 2 F. tit. 7. tit. 15. lib. 1. F.* Vel minores Valvasores, *dict. tit. 10.* respectu videlicet suorum Dominorum, quibus sunt minores. Egvinar. Baro. & Alvarott. *ad dict. tit 10. lib. 2. F.*

XXIII.

*Quinto* dividitur Feudum in Ligium sive Homologum & Non-Ligium. Vult. *dict. cap. 8. num. 26.* Bocer. *de qual. & differ. feud.*

*feud. cap.5.n.67. & seqq.* Rosenthal. *in synopsi feud. cap.2. concl. 3.* Gverrin. Pis. Soazius *in prælud. feud. cap.43.* Rittersh. *in partit. feud. lib.1.cap.4 quæst.9.* Hattys. *in analysi feud. cap.4.* Petrus Rebuffus *in feud. declarat. pag. mihi, 331.* Borch. *de feud. cap.4 n 22.* Ligium feudum est, quod Vasallum obligat ad fidem & servitia seniori præstanda, adversus omnes homines, nullo excepto, daß sich der Lehnmann will gebrauchen lassen/ wider männiglichen/ niemand ausgeschlossen/ Johan. Schneidvvin. *in Epit feud part. 1.num.42.* Non-Ligium est, in quo etiam alii, puta antiquior Dominus, Cognati & Amici excipiuntur. Vide *Dd. jam allegatos.*

XXIV.

Hinc circa Ligium feudum disputari solet, utrumnè illud ab eo solùm constituatur, qui in hisce terris non recognoscit superiorem, cujusmodi est Imperator Romanus, Reges Hispaniæ & Galliæ, &c. an verò etiam ab inferiore? Existimamus cum Rosenthal. *in synopsi feud. cap.2. concl 3* & Gothofr. Anton. *in disp. feud.1.th 3.* propriè & absolutè Ligium Vasallum dici, qui feudum accipiat à summo Principe, cui adversus omnes juret operam & fidelitatem, nullo penitus excepto, nisi Deo Omnipotente solo: Analogicè verò & respectivè Ligium appellari etiam eum, qui à Principe inferiore feudum acceperit, eique fidelitatem, nullo anteposito, præterquam Deo & Imperatore, promiserit. Aliter Duar. *in comm. feud. cap.4. num.3.* Mozz. *de divis. feud. n.15.* Niell. *in disp. feud.1. th.9. lit.B.*

XXV.

Ex hisce apparet, Neminem posse simul duorum esse Vasallum propriè Ligium, ne quidem ex postfacto, Duar. *dict. cap.8. num.21.* An verò is, qui Ligius est Imperatoris, nihilominus alterius Principis in Imperio constituti Landsassius & subditus esse possit? controversum est: Quod negandum videtur per ea, quæ tradit Vult. *dict. cap.8. num.22.* Diss. Andreas Gail. *de Arrest. Imper. cap.6. à num.10. usq; ad fin.* Gothofr. Anton. *disp.1. th.3.*

XXVI.

Diximus, in omni feudo, etiam Ligio respectivè sic dicto,

 Impe-

Imperatorem fore excipiendum: Quid habendum sit de Pontifice Romano quæritur, utrumne & is consimiliter excipi debeat, & num etiam tunc, quando ipse Imperator Ligium constituit feudum? Quod affirmant Canonistæ, Curt. Jun. *in tract. de feud. part 1. cap. 8. num 23.* Gverrin. Piso. *cap 43. num 5.* Sed negativa sententia veritati propriùs accedit, *arg. cap 13. in pr. ad Roman.* ubi David Paræus. Vid. Brutum fulmen *pag. 66. & seqq.*

## XXVII.

Cæterùm hæc ita de Feudo Ligio disputari solent, receptaque est communibus propè omnium votis divisio ista feudi in Ligium & Non-Ligium: Verùm si exactius illam inspiciamus, nihil aliud est, quàm merum interpretum figmentum, nec ullo modo sustineri potest, ut quæ rationi & juri feudali manifestè repugnat: Formula etenim jurandi, quæ vulgò Ligiis feudis tribuitur, ut nempe Dominum Vasalli contra omnes alios nullo excepto vel anteposito defendant, communis est omnibus aliis feudis, eademque ipsa totidem verbis præscribitur quibusvis Vasallis *in tit. 7. tit 55. in fin. & tit. 28. lib. 2 F.* Hotom. *in disp. feud. cap. 7.* Hunn. *in disp. feud. 2 th. 60.*

## XXIIX.

*Quintò*, Feudum dividitur in Hereditarium & ex pacto ac providentia. Hereditarium, Germanis Ein Erblehen/ appellant, quod alicui pro se & Heredibus concessum est, seu in cujus concessione & investiturâ facta est mentio heredum, Für sich und seine Erben/ zu rechtem Erblehen. Ex pacto autem ac providentiâ vocant, quod Vasallo concessum est pro se & filiis, vel pro se & liberis, nullâ heredum factâ mentione, aut factâ illorum mentione, sed non absolutâ: Für sich und seine männliche Leibeslehenserben: *Item*: Allein ihren männlichen Leibslehenserben/ des Namens/ Helms/ Schildes/ und Geschlechts/ etc. Hartman. Pistoris *lib. 2. quæst. jur. 1. num 1.* Rosenthal. *in synops. jur. feud. cap. 2. concl 33.* Vid. Schrader. *de feud. part 2. cap. 3. num. 19.* Pinell. *ad l. 1. C de bon. mater. part. 3. num. 52. cum seqq.* Marin. Freccia. *de subfeud. Baron. lib 3. tit de feud. hered. ac mixtis ex declaratione G. de Perno Siculi, pag. mihi. 403. in pr.* Johan. Thomas de Ma-

Marinis *in tract. de gener. & qual. feudor.* Curt. Jun. *de feud. part.* 4. *quaest. pen. num. 132.* Borch. *de feud. cap. 4. divis 4. n. 16.*

XXIX.

Hæc divisio communi propè omnium interpretum calculo recepta est & approbata. ab eâque in judicando recedere non licet, Eam enim â foro relegare qui volet, oleum & operam perderet, teste Hartm. Pistor. *lib. 2. quaest. 1. num. 112.* Verùm, si juris nostri feudalis fundamenta penitius evolvamus, nullo modo subsistere potest, si quidem vulgatæ definitiones feudi hereditarii & ex pacto ac providentiâ retineantur, per ea quæ tradit Vult. *de feud. cap. 8. num. 24.* & Hartm. Pistor. *dict. loco.* Ne itaque prorsus contra sententiam interpretum hanc divisionem rejiciamus, Feudum Hereditarium cum Vultejo *dict. loco* dicimus, quod ita constitutum est, ut in eo succedatur jure hereditario, non ex providentiâ juris feudalis, sed ex dispositione juris communis: Feudum verò ex pacto & providentiâ, in quô succeditur jure sanguinis secundum providentiam juris feudalis: sed hoc modo feudum hereditarium improprium est feudum.

XXX.

Quod si non constet, utrum hereditarium sit feudum, an verò ex pacto & providentiâ, quale præsumi debeat? inter Feudistas non convenit: Rectè nobis sentire videntur, qui feudum ex pacto ac providentiâ præsumendum existimant. Vult. *dict. cap. 8. num. 33.* Bocer. *de qual. & diff. feud. cap. 5. num. 36.* Ruding. *lib 1. var. lect. feud. cap. 28.* Matth. de Afflictis *in prælud. feud. num. 97.* Niell. *disp. feud. 1. th. 10.* Diss. Rosenthal. *cap. 2. concl. 35.* Andreas Gail *2. observat. 154. num. 8* Zas. *in Epit. feud part. 8. n. 6.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quaest. 3.* Aliter Borch. *in comm. feud. cap. 4. n. 18.* Pinell. *in l. 1. C. de bon. mater. part. 3. n. 82. & seqq.*

XXXI.

*Sextò*, Feudum dividitur in Ecclesiasticum & Seculare, *cap. 7. extr. de const. c. ex transmissa. extr. de foro competente*, Zas. *in Epit. feud. part. 2. num. 7.* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 3. num 17. & seq.* Hattyserus *in analysi feud. cap. 4.* Anton Cont. *in methodo feud. cap. 3.* Petrus Ravenna *in prælud. feud.* Petrus Rebuffus *in*

*feud. declaratione.* Wesenbec. *de feud. cap 2. num. 3.* Ecclesiasticum feudum, quod nostrates vocitant Ein Krumbstäbisch/ vom krummen Stabe herrührend/ oder Krumbstabslehen/ quidam definiunt, quod in re Ecclesiastica constitutum est, à quocunque etiam, & cuicunque, sive Clerico, sive Laico sit concessum: Seculare autem, quod in re seculari & profanâ est constitutum. Vult. *lib. 1. de feud. cap 8. n 19.* Niell. *in disp. feud. 1. th 8. in fine.* Gothofr. Anton. *disp. feud. 3. th. 4.*

XXXII.

Nos cum Henrico Bocero *in dict. tract. de qual. & diff. feud. cap. 2. num. 4.* Ecclesiasticum feudum illud appellamus, quod persona Ecclesiastica, penes quam ea potestas est, in bonis Ecclesiæ concessit: Unde quid seculare sit feudum, facillimè constat; Duo enim ad hoc ut Ecclesiasticum sit feudum, conjunctim requirimus: *Primum* est, ut à personâ Ecclesiasticâ, cui conferendi feudum potestas data est, collatum sit, *tit. 1 § 1. tit. 6. in pr. lib. 1. F.* *Alterum*, ut feudum constituatur in bonis Ecclesiæ, Feudum enim, quod Clericus in Allodio suo, sive propriis bonis alicui concedit, feudum Ecclesiasticum non est, sed seculare, *tit. 35. in pr. junct. vers. si tamen ante. lib. 2. F. l. 3. ubi Dd. C. de Episcop. & Cler.*

XXXIII.

Opinantur autem multi, feudum Ecclesiasticum suâ naturâ improprium, & in fœminas transitorium esse, secundum illud tritum: Der Krumbstab schleust niemand aus: Verùm hisce textus juris feudalis repugnant, quibus arcentur fœminæ à feudorum successione, ut qui generales sunt, & non minus ad Ecclesiastica quàm secularia feuda pertinent. *tit. 1. §. 3. tit. 8. lib. 1. F tit 23 tit. 11 lib 2. F.* Et contrarium in permagnis feudis usu servatum, atque à præstantissimis Germaniæ JCtis taliter pronunciatum fuisse, testatur Henricus a Rosenthal. *in synops. feud. cap 7. concl 31. n. 6. in glossa ad tit. 1.*

XXXIV.

*Septimò*, Feudum dividitur in illud, quod est in Curte, & extra Curtem, *tit 5 § f. lib. 1. F. tit 51. in pr lib. 2. F.* Schrader. *de feud. part. 2. cap. 3. num. 101.* Bocer. *in saepe citat. tractat. de qual. &*

*diff.*

*diff feud. cap. 4. num. 40.* Quid autem sit feudum in Curte & feudum extra Curtem sive curiam Domini, non una est omnium sententia, prout apparet ex traditis Rosenthalii *in tract. de feud. cap. 2. concl. 81. & cap 9. concl. 46.* & Bocer. *dict. cap. 4. num. 42.* Sunt enim qui feudum in Curte appellant, quod habet Vasallus, qui officium aliquod in Curiâ, id est, in domo Domini exequitur, cui feudum est annexum, ut si dapifer, Curiæ præfectus, Pincerna, aut Architriclinus hoc nomine feudum possideat, Cujac. *ad tit. 1. §. item illud. lib. 1. F.* Schenck Baro. *ad tit. 5. § f. lib. 1. F.*

XXXV.

Rectè Bocer. *in dict. cap. 4. n. 43. & seqq.* Feudum in Curte illud vocat, quod Vasallus in Domini territorio possidet: Extra Curtem vero, quod Vasallus obtinet in prædiis, quæ Dominus habet in territorio alieno, etiamsi prædia cætera ejusdem territorii, jure proprietatis sint non Domini, sed subditorum, *arg. tit 5. § pen. & fin. lib 1. F. tit. 51. lib. 2. F. junct. à l. 239. §. territorium. ff. de V. S. tit. 18. lib. 1. F. junct. â l. fin. ff. de jurisd.* Diss. aliter Schrad. *de feud. part. 2. cap. 3. num. 101. & seqq.* Zas. *in Epit. feud part 11. n. 2.* Schneidvvin. *part. 1. n 60.* Aliter Vult. *de feud. lib. 1. cap 8. n. 18.* & Niell. *diss. feud. 1. lib. 8. in princip.*

XXXVI.

Hinc pares Curtis sive Curiæ (ita enim promiscuè appellantur *tit. 2. § 1. tit. 10. lib. 1. F. tit. 2. in pr. lib. 2. F.*) sunt plures Vasalli, qui ab eodem Domino in illius territorio feuda possident, Mynsing *Cent. 4. observat. 89. circa fin.* Wesenb. *in tract. de feud. cap. 17. num. 3.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 7 num. 22.* Vocantur autem Pares, item Compares, non quod suo Domino sint pares, sed pares inter se, respectu scilicet ejusdem Curiæ sive Curtis, ut recte notat Duar. *in consuetud. feudor. c. 7. n. 3.*

XXXVII.

*Octavo & ultimò* feudum dividitur in Proprium & Improprium, sive in Rectum & Conditionatum, *tit. 33. & tit. 48. lib 2. F. tit 2. § 1. lib. 1. F.* Rosenthal. *de feudis cap. 2. concl. 52.* Duar. *de feud. cap 4 num. 1.* Sonsb. *part. 1.* Vult. *cap. 8. num. 37.* Alvarott. *in proœm. feud. num. 23. & ad tit. 48. lib. 2. F.* ac ibidem Matth. de Afflictis, & Egvin. Baro, Hattyserus *in analysi feud. cap. 4.* Petrus

Ravenna *in prælud. feud.* Diff. Conrad. Rittersh. *in partit. feud. lib. 1. c. 4. quæst. 1.*

XXXIIX.

*Proprium* dicitur Feudum, quod naturam propriam habet, seu quod retinet perpetuam & propriam naturam feudi se secundum jus commune feudorum datum & constitutum est, nec ullâ conventione aut pactione mutatum vel alteratum. Germanis Ein Lehen / so eines rechten Lehnguts Art und Eigenschafft hat: *Improprium* feudum illud dicitur, quod à propriâ & jure communi Feudorum constitutâ naturâ degenerat, vel pactionibus constituentium mutatum & alteratum est, Vult. *dict. cap. 5. n. 38.* Schrad. *in tract. de feud. part. 2. cap. 3. n. 1. & 2.* Rosenthal. *dict. c. 2. concl. 52.*

XXXIX.

Est autem feudi proprii natura alia inseparabilis, alia verò separabilis: *Inseparabilis* est feudi adjuncta qualitas, quæ Domini & Vasalli conventione à feudo separari nequit: Ejusmodi natura feudi continetur etiam investiturâ, feudum enim sine investiturâ nullo modo constitui potest, *tit. 25. lib. 1. F. tit. 1. § f. lib. 2. F.* Bocer. *in tract. de subst. & nat. feudi, cap. 2. num. 27. & seqq.*

XL.

*Separabilis* feudi natura est, quæ conventione Domini & Vasalli à feudo submoveri potest: Ejusmodi feudi natura variis continetur rebus, puta constitutione ejus in re immobili, successione masculorum non fœminarum, perpetuitate feudi, servitiis Domino præstandis, *tit. 23. lib. 2. F.* Ut Vasallus in investiturâ juramentum fidelitatis præstet, *tit. 3. § f. & tit. 24. § ult. & alia. lib. 2. F.* Ut feudi alienatio non nisi Domini consensu fiat *tit. 9. tit. 34. tit. 52. & 55. lib. 2. F.* & si paternum sit feudum, consensu agnatorum feudi successorum alienetur, *tit. 39. in pr. lib. 2. F.* Etsi enim hæc omnia, & id genus alia de naturâ sint feudi, placito tamen Domini & Vasalli removeri possunt. Bocer. *dict. cap. 2. num. 25.*

XLI.

Cæterùm, si de feudo dubitetur an sit proprium vel improprium, nunquam improprium præsumitur, siquidem feudum

con-

constituentes præsumuntur sese juri feudorum communi accommodâsse, ac juxta illud feudum constituisse, cùm præsertim pro perfecto potius, quàm imperfecto militet præsumtio, & à propriâ significatione verbi recedendum non sit, nisi manifestò constet, id voluisse scribentem aut loquentem, *l. non aliter, ff. de legat. 3.* Menoch. *lib. 3. de præsumt, cap. 95.* Vult. *dict. cap 8. n. 52.* Bocer. *de qual. & diff. feud. cap. 5. num. 65.* Rosenthal. *de feud cap. 2. concl. 54.* Sonsb. *de feud part. 9. n. 24.* Schneidevvin. *in Epit. feud. part. 5, n. 91,* Ruding *lib. 2. var. lect. feud. c 7.*

XLII.

De Statutis generaliter de feudis conceptis quæri potest: Utrumne etiam ad feuda impropria sint porrigenda? id quod inter Dd. controversum est: Nos cum communi Feudistarum Scholâ hoc affirmamus, modò ratio statuti æquè in feudis impropriis atque propriis obtineat, nec de eo statutum sit factum, in quo feudum à communi feudorum naturâ exorbitat, feudum enim improprium licet naturam suam propriam in uno atque altero deposuerit, in cæteris tamen eam retinere dicitur. Vide *l. 32. in pr. ff. ad l. Aquil.* Rosenthal. *de feud. cap. 2. concl. finali.*

XLIII.

Species feudi improprii variæ ab interpretibus juris Feudistici referuntur, Bocer. *de subst. & nat. feudi, cap. 2. num. 7. & seqq.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 40. & seqq.* Rosenthal. *cap. 2. concl. 52. & seqq. usq; ad finem.* Schrader. *part. 2. cap. 4.* Sed nos præcipuas saltem enumerabimus. *Primò* itaque improprium est *Feudum francum* Ein Freylehen / quod liberum & exemptum est ab omni servitio. Vult. *dict. cap 8. num. 50.* Schrader. *dict. part. 2. cap 4. num. 6.* Sonsb. *de feud. part. 3. num. 25.* Petrus Rebuffus *in declaratione feudorum, pag. mihi 347.* Quia aliàs de propriâ naturâ & innatâ qualitate feudi, Domino servitia præstantur. *tit. 23. lib. 2 F.*

XLIV.

Improprium etiam feudum dicunt illud, pro quo Vasallus certum aliquod ac determinatum servitium præstat seniori, veluti, ut Dominum comitetur, eam expectet, ut Domino bel-

lum

lum gerenti duos tresvé Equites mittat, vel ut tempore Nundinarum Francofurtensium Mercatores per Domini provinciam deducat, & quæ sunt similia, Vult. *de feud. lib. 1. cap. 8. num. 49.* Rosenthal. *cap. 2 concl. 65.* Schrader. *part. 2 cap 4. num. 12.* Zas. *in Epit. feud. part 12. num. 13.* Petrus Rebuffus *in feud. declar. pag. 343.* Gothofr. Anton. *disp. feud 1. th. 7. lit. K.* Verumtamen hanc opinionem falsam esse, ac feudum ob certum ac determinatum servitium haut improprium reddi, probat *tit. 23. in fin. lib. 2. F.* Sonsbec. *de feud. part. 3. n. 31.* Diss. aliter Bocer. *de subst. & natur. feudi, c. 2. n. 21.*

XLV.

*Secundò*, Impropria feuda sunt *de Camera & de Cavena.* Feudum *de Camera* est beneficium illud, quod alicui ex ærario Domini pro sustentatione, quamdiu vivit, adsignatur, Vulgò Ein Cammerlehen/ oder Manngeld/ wenn ein Fürst einem Edelmann jährlichen etliche Gülden aus seiner Cammer zu reichen/ zu einem rechten Mannlehen verschreibet / Schneidvvin. *part. 2 num. 14.* Feudum verò *de Cavena* est, quod Dominus alicui e sua cella, horreo aut penuario constituit. Quæ feuda impropria dicuntur, *tùm* quia non in re constituuntur immobili, *tùm* etiam quia non in perpetuum, sed ad tempus concedi solent. Vide Rosenthal. *de feud. cap. 2. concl. 75.* Sonsbec. *part. 3. num. 26.* Zas. *in Epit. feud. part 4. num 8.* Schrader. *part. 2 cap. 3. num 51.* Alvarott. *ad tit. 1. lib 2 F.* Diss. Bocer. *in dict. tractat. de subst. & nat. feud. cap. 2. num. 16.*

XLVI.

*Tertiò*, feudum *Guardiæ* & feudum *Gvastaldiæ*, quorum fit mentio *in tit. 2. lib. 1. F. Gvardiæ* feudum est, quod Dominus pro custodiendo castro vel territorio alicui concedit. Feudum *Gvastaldiæ*, quod procuratori & gubernatori domus aut aliarum rerum pro gubernatione adsignatur, Jacob. Alvarott. *de feud. ad tit. 2. l. 1. F. num. 8. & 9 & ibidem* Matth. de Afflict. Egyn. Baro *ad tit. 10. lib. 2. F.* Hujus feudi species rectè constituuntur Feudum *Advocatiæ & Cancellariatus*: illud, quod Advocato, hoc autem,

quod

quod Cancellario ratione officii, quod gerit, constituitur. Quæ feuda eam ob causam dicuntur impropria, quia non sunt perpetua, nec ut feuda propria ad descendentes transitoria, *dict. tit. 2. lib. 1. F.* Rosenthal. *de feud. cap. 2. concl. 38. num. 1.* Schneidvvin. *in Epit. feud part. 1. num. 17.* Duar. *de feud. cap. 9. num. 13.* Sonsb. *part. 3. num 33.* Schrad. *de feud. part. 2. c. 4. n. 24.* Zas. *in Epit. feud. part. 12. n 4. & seqq.*

XLVII.

*Quartò*, Improprium etiam est *Feudum emptum*, *arg. tit. 23. in fin. lib 2. F.* Rosenthal. *de feud. cap. 2. concl 61. n. 1.* Vult. *dict. cap. 8. num. 45.* Zas. *part. 12 num 19.* Schrad. *part. 2 cap. 4. num. 56.* Schenck Baro à Tautenberg, *ad tit. 23. lib. 2. F.* Diss. Bocer. *in tract. de qual. & diff. feud. cap. 5. num. 62. & in tract. de subst. & nat. feud. cap. 2. num. 17.* Sonsbec. *de feud part. 2. num 7.*

XLIIX.

*Quintò*, Et feudum *pignoraticium*, Germanis Ein Pfandlehen/ de quo Dominus acceptâ certâ pecuniæ summâ, & reservata sibi reluendi facultate, aliquem investit, quod propterea improprium dicitur, quia propriè beneficium non est, neque ex merâ benevolentiâ Domini concedentis proficiscitur, sed pecuniâ comparatur, contra propriam feudorum naturam, *tit. 27. lib. 1. F tit. 23. lib. 2. F.* quin & non constituitur, ut in perpetuum duret, sed quovis tempore à Seniore resolutâ pecuniâ redimi queat; Rosenthal. *cap. 2. concl. 77.* Vult. *dict. cap. 8. n. 46. & seqq.*

XLIX.

Atq; hæ circiter sunt insigniores feudi Improprii species, nec dubium est, quin tot pactionibus constituentium possint constitui, quot modis à propriâ feudorum naturâ recedi potest: sed prædictas recensuisse sufficiat.

F Ex

# Ex Tit. 2. & 4. Aur. Bullæ
## Caroli IV. Imperator.

### QUÆSTIO I.

### *Libera an etiamnum hodie sit Electio Imperatoris, an verò Domui Austriacæ alligata?*

*Tit. 2. A. B.*

Frustra disputari quis existimaverit, an consultius in imperio per liberam electionem caput quærere, an verò successioni fenestram aperire (quà de re multùm contendunt politici, ut videre † est apud Johan. Bodin. *de Republ. lib. 6 cap. 5 & in Method. histor. cap. 6.* Lips. *2 polit. 4.* Herm. Kirchner *de Republ. disp. 4. th. 2.* Christoph. Besold. *in certam prærogat. quæ* [illegible] *successione est, ante tract. de success. & elect. Regia.* Henning. Arnis. *lib. 2 polit. relect. cap. 2 sect. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib. 7. cap. 4 num. 10.* Reinh. König *apud Goldast. in polit. Imper. part. 14 pag. 613.*) propterea quod in Regnis etiam † successivis ac hereditariis eligatur, qui proximior pariter est heres, & ad sceptra capessenda magis idoneus; id quod non solum † apud veteres Germanos moribus obtinuit, teste Tacito *in lib. de morib. german.* Lehman. *lib. 2. Chronicor. Spirens. cap. 3.* Goldast. [illegible] *rat. lib. 2. cap. 17.* Besold. *de success. Regia. lib. 2 diss. 1. n. 12.* Keckerman. *lib. 1. polit. 4.* Sed etiamnum † Sveci & Franci de hisce eligendi ritibus gloriantur, ut liquet ex Constitutione Caroli Magni Imper. *de pace publ. & divis. Regnor. § 7. apud* Goldast. *Const. Imper. tom. 1. fol. 243.* † quorum tamen Regna esse hereditaria & successiva, vix quisquam dubitat. Bodin. *d. l. lib. 1.* Joan. à Chokier *in thesaur. polit. aphorism. lib. 1 cap. 2. exempl. 3.* Arnis. *de Republ. lib. 2. cap. 2 sect. 3 num. 40. in fin.* Goldast. *lib. 3 de Senat. cap. 11. num.* [illegible] Johan. Guilelm. Stuckius *in* [illegible] *ad Goldast.*

*lium. num. 57.* † At nimirum vera ac propria electio hæc non est, sed saltem declaratio legitimi successoris, ejusque approbatio & assumtio, ut benè explicat † Andreas Favynus *in hist. Navarræ, libr. 1. Ce mot (inquit) d'election en la formule du sacré de nos Roys, & la demande, que l'Evesque fait au peuple, n'est pris, que pour le consentement & l'approbation, que fait le peuple françois au sacré de ses Roys, le quels parviennent à la Couronne de france, non par election, voix & suffrages de leurs subjects, ains par succession:* † hoc est, Vocula Electionis in inauguratione Regum nostrorum, & requisitio populi ab Episcopo facta, non nisi consensum & approbationem ejus innuit ad inaugurationem Regum, qui non per electionem, sed successionem ad Coronam & Regimen perveniunt. † Ita scilicet Archiepiscopus Remensis nomine totius populi putatur eligere Regem Francorum, quem jure hereditario succedentem saltem pro Rege declarat, veluti patet ex formulâ inaugurationis Regum Galliarum, relata à Papyr. Masson. *in annal. Francor. in Vitâ Henrici I Regis.* † Ut hinc verè dixerit Yvo Episcopus Carnotensis *in apolog. de Carolo Grosso Rege Franciæ:* communi consensu Episcoporum ac Procerum jampridem ipsum electum, & tamen hereditario jure Regnum adiisse. Henn. Arnil. *de Republ. lib. 2. cap. 2. sect. 4. num. 47.* Goldast, *dict. cap. 11. num. 3. & 4.* Onuph. Panvin. *de Comit. Imper. cap 6.* Lupold, de Bebenburg. *de jur. Regn. Franc. & Imper. Roman. c 12.* † Liberior verò est electio Regis Romanorum in Imperio Romano, non certo generi ac familiæ adstricta, quam propterea veram ac propriam meritò nuncupamus Electionem, † nisi quis nobis opponat decem Impp. ex Domo Austriacâ seriem continuatam, Alberti scilicet Austriaci: Friderici III. Maximiliani I. Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Rudolphi II. Matthiæ, Ferdinandi II. & in præsens feliciter regnantis Dn. Ferdinandi III. † Unde verum hodie alicui videri possit, quod jam dudum scripsit dubitativè Johan. Bodin. in Austriacâ nempe Gente Imperium Germanorum tàm altè radices egisse, ut ejus evellendi vix ulla spes appareat, *lib 2. de Republ. cap 3.* † Et hinc nimis audacter Jesuita Johannes Rho Domum Austriacam

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

 ap-

appellitavit Conjugem Imperii Romani, propter [illegible] licet, ut opinatur indissolubile, *in Concient. [illegible]*

16. *Pragensi habitâ*, in Achtsspiegel, *pag. 66.* † [illegible] ire possumus, Domus Austriacæ jam longè [illegible] credita fuisse imperii gubernacula, partim ob [illegible] tes ac benemerita Antecessorum in familiâ Austriacâ [illegible]

17. simorum, in † quorum recompensationem [illegible] lis principibus ad honores Imperii supremos [illegible] fore Moguntino Electore in habitâ deliberatione super electionem Caroli V. apud Johan. Sleidan, *lib. 1. de Stat. [illegible]*

18. † partim propter potentiam & reditus familiæ Austriacæ, di-

19. gnitati imperatoriæ sustinendæ sufficientes, † & quod [illegible] Domus Austriacæ sint veluti murus salutis [illegible] nitati Turcicæ oppositus, ex mente Caroli V. Imp. apud [illegible]

20. *lib. 7. ad fin.* Nequaquam tamen per id liberæ electioni [illegible] dicium afferri existimandum est, nisi & hoc [illegible] asserere velimus, cùm Duces Saxoniæ annos [illegible] niæ annos 101. & Sveviæ annos 110. [illegible] rio, Casp. Ens *lib. 1. thesaur. polit. [illegible]*, qui tamen

21. sibi propria sumere nunquam ausi fuerunt. † [illegible] Principes Electores ex Domo Austriacâ Regem [illegible] eligentes, jure id faciunt eo, quo ex alienâ etiam familiâ [illegible] liam imperialem quem sublimare possunt, liberâ [illegible]

22. tate ipsis concessam † *Bullâ nostrâ* [illegible] in Meine. *vers.* So viel mich meine *discretion*, [illegible] und Sinne weiser. Eaque libertas ne ab ullâ [illegible] dubia

23. reddatur, † satis sibi prospiciunt Electores hoc ipso, quod [illegible] tandum adigunt recens electum Regem Romanorum, quod nullum jus in imperio successorium vel hereditarium sibi arrogare, prætendere, ullove pacto in se, heredes & successores suos, aut alium quemcunque transferre, sed Principes Electores in sua

24. liberrimæ Electionis [illegible] velit, prout [illegible] reddit *Capitulatio Cæsarea*, §. [illegible] wollen wir uns auch keiner *succession* [illegible], quo de pluribus in *Comment. ad Leg. Reg. Germ. cap. 11. sect. [illegible]*

Quæst.

## *Quæstio II.*

## *Quisnam eligendus in Imperatorem; ac num etiam Princeps ex Protestantibus & Evangelicis?*

*Tit. 2. A. B.*

Libera quantumvis sit Electio Imperatoris in Imperio Romano-Germanico, attamen non nisi habilis ad sceptra capessenda admitti debet, 1. † talis scilicet, qui, ut verba habent *Bullæ*, 2. ein gerechter/ guter/ und nützlicher Mensch sey/ *h.t.2. inpr. Item:* Eine tügliche geschickte Person/ *tit. 19.* Idque ut strictè observetur, † 3. juramento Archi-Principes Electores obligare necessum duxit Carolus IV. Imp. inter alia hæcce formulæ jurisjurandi inserens: Daß ich bey den Trewen/ damit ich Gott/ und dem heiligen Reich verbunden bin/ nach aller meiner Erkäntnüß und Verstand/ mit der Hülffe Gottes will erwehlen ein Weltlich Haupt dem Christlichen Volck/ das ist/ einen Römischen König zu einem Keyser zu erheben/ der darzu tüglich sey/ so viel mich meine *discretion*/ Bescheidenheit/ und Sinne weisen/ *&c. h.t.2.* Habilis ideoque est eligendus, imprimis † 4. ratione legitimæ ætatis, quæ quidem nullâ lege est definita, quin potius in hâc sæpius variatum, cum Ottho III. admodum puer, Henricus III. anno ætatis 12. Willhelmus 20. Wenceslaus 25. & Carolus V. anno 17. hereditariis Regnis præfectus, 20. ad Imperium pervenerint; prout apparet ex *Cuspiniano, Gunthero, & Johan. Sleidan.* Rectius tamen † 5. gravioris ætatis umbra gladio juvenis furioso præfertur, ut loquitur Joh. Lim. *lib.2. jur. publ. c.2. n.75.* Cumq; in Electoribus † 6. octodecim demum anni legitimam constituant ætatem, si non major, attamen nec minor terminus tutò præfigetur Imperatori, propter majus, quod ex imperfectâ ætate potest surgere, periculum. † 7. licet aliud obtineat in Regnis successoriis, ubi Tutores vel Consiliarii defectum ætatis supplent, Limn. *d. l. Pet.* Gregor. 47. *syntagm 9. n. 26.* Matth. Welenb. *ad tit. C. qui pro suâ jurisdictione judices dare darive possunt. n. 7.* Habilis

8. quoque sit Imperator † ratione prosapiæ, natus scilicet ex familiâ illustri, Restaur. *Castald. de imper. quæst. 7. num. 8. & 9.* Magnam siquidem autoritatem pariter & benevolentiam † splendor familiæ conciliat Imperatori, Claud. Seisellius *de Republ. Gallor. lib. 2.* Illustres verò sunt etiam † Comites, ex quorum stemmate ad culmen Imperii evectum legimus Wilhelmum, Rudolphum, Adolphum, & Guntherum, Gerlac. Buxdorff. *ad Bull. nostram tit. 31. lit. a.* † At Nobiles exclusi sunt, qui licet de more Collegii ad archiepiscopatum evecti & inter Electores adsciti fuerint, non tamen Imperii diadema obtinebunt, quippe quod Electores Ecclesiast. eligant alterum, unde eligantur, Jul. Pflug. Episc. Numburgens. *in Orat. de ordin. Republ. Germ.* † Patriæ porrò habilitas exigit, ut Germanus eligatur, quod curæ sibi habuit Elector Moguntinus in electione Caroli V. contra Franciscum I. Galliarum Regem, hisce utens verbis; † Gallum quod attinet, legibus nostris & jurejurando nos arbitror impediri, quibus cautum est, ne decus hoc imperii transferatur ad exteros, apud Sleidanum *lib. 1. histor. pag. 20.* At ubinam † illa lex prohibitiva? Non certè Bulla nostra eam suppeditat, ex quâ indefinita potiùs eligendi potestas colligi potest, *tit. 2. in pr. & tit. 19. § 1.* † Mentionem tamen hujus facit clarissimam Henric. Mut. *lib. 14. Chronicor.* Eandemque Ottoni III. tribuit Spangenberg. *Chron. Saxon. cap. 194.* Atque hinc meritò † Protestantes literis suis hoc interserunt monitum: Nullus creetur Romanorum Rex, qui non sit ex aliquâ Germaniæ Principum familiâ progenitus, apud Sleidan. *lib. 5. pag. 223.* Nec remorabitur nos exemplum † Caroli V. qui ipsemet Germanum se profitetur, *in Recess. Imper. Augustæ de anno* 1548. §. Ferner haben wir. qualis etiam revera extitit, & vidimus locum, quo primam ipse vidit lucem, Gandavi in Flandriâ. Licet quondam † Sceptra imperii turbato [illegible] Alfonso Castellæ & Eduvardo Angliæ Regi fuerint delata, Petr. Heig. *part. 1. quæst. 5. num. 5.* Reliqua habilitatis requisita qui scire avet, adeat politicos, & imprimis Limn. *d. cap. 5.* Unicum adhuc relinquere haud possumus intactum, † quod *primum* & *præcipuum*

Margin numbers: 9., 10., 11., 12., 13., 14., 15., 16., 17., 18., 19.

puum est, scilicet ut sit fidelis & Christianus in Imperatorem eligendus, Alvaretz. *in secul. Pontif. & Imp. cap. 56. num. 3.* nec enim alii tutela Ecclesiæ & doctrinæ Christianæ tutò committi potest, quam Imperatorem suscipere oportet, † unde vocatur der Christenheit Schutz und Schirm *It:* Schirmherr der heiligen Christlichen Kirchen *Recess. Imp. August. de anno 1518.* §. erstlich/ *& de anno 1536.* §. Auff solches unser gnädigst Erinnern / etc. 20.

† At num etiam ex ordine Evangelicorum & Protestantium Principum ad solium Imperiale quis admittendus? Haut certè credidissem, hoc à quoquam in dubium iri vocatum, si non Canin. seriò id † negâsset *in disc. ad A. B. pag. 115.* assertionis suæ hancce verbis Gallicis proferens rationem: *L'election faite en un Prince heretique seroit contraire aux droicts, & aux articles de l' Empire, aus quels le Roy des Romains s' oblige par serment, en son election à Francfort & en son courennement en Aquisgrayne, entre les mains des princes Electeurs, de defendre le Pape & Eglise Romaine, & d' estre son Advocat.* Et postea: *Bref, tout Prince heretique est precisement exclus d' election du Roy des Romains.* Putat scilicet, † cum Rex Romanorum juramento obligetur ad defensionem Pontificis Romani & Catholicæ Ecclesiæ, cujus est Advocatus, *in Capitulatione Cæsar.* §. Daß wir in Zeit solcher unserer Königlichen Würden etc. quo de pluribus *in comm. ad Leg. Regiam cap. 2.* nunquam fore, † ut conditione hâc imperium acceptet quisquam Protestantium. Sed ratio longè infirmior, quàm ut Canin. firmum in eâ ponat fundamentum. Resp. (1.) † Quo jure enim Septemviri electum hâc lege adstringunt, eodem jure omittere eam possunt, quippe quorum arbitrio concessum, † pro ratione Status Reipublicæ, personæque eligendæ, alias & novas conditiones ac leges designato Regi Romanorum præscribere, vel antiquas immutare & abrogare, Casp. Ens *in libello de elect. & inaugurat. Reg. Rom. cap. 1.* † quâ de caussâ ante electionem Caroli V. Septemviri convenerunt, de conditionibus deliberaturi, quas Caroli Legatis proponerent, qui Moguntiæ eventum expectabant, de quibus postea per aliquot dies non minus fuit contentionis, quàm de ipsâ electione,

21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

Ge-

Georg. Sabin. *in histor. de elect. & coronat. Caroli V.* Joh. Sleidan.
28. *lib. 1 pag. 26.* Caspar. Ens *dict. lib. cap. 3.* Resp. (2.) † Quod si
Princeps ex Protestantibus defensionem Papæ & Catholicæ Ecclesiæ promittat, metuere tamen inde non habet, quod contra conscientiam ac Religionem orthodoxam quicquam [illegible]
29. spoponderit, † cùm promissio illa protectionem & patrocinium solummodò politicum concernat, quo Imperator Ecclesiæ est obstrictus, *l. 9. & 10. C. de Summ. Trinit. Clem. 1. ubi: quod Ecclesiæ debeant esse promtissimi defensores & c. de jurejur.* [illegible] Balbus *de Coronat. pag. 25.* Lupold. de Bebenburg. *de jur. Regn.*
30. *cap. 3.* David Höping *in dissert. de process. [illegible]* † Namquam enim Cæsari incumbit providere, ut non solum pacem [illegible] sed etiam piè subditi vivant, oportet utique eum tueri & [illegible] Ecclesiam, saltem jure politicæ potestatis, Lupold. de Bebenburg. *dict. tract. cap. 8.* Henning. Arnis. *de jur. majest. [illegible] cap.*
31. *6. num. 11.* † ac defendendo Pontificem contra vim injustam, non magis peccat, vel fidei heterodoxæ se participem facit, quàm si patrocinium præstet furi, latroni, aut homicidæ in Imperio, quorum facinora neutiquam probet, nec iisdem se implicat. † Unde in simili rectissimè inferunt Theologi Saxonici:
32. Mord/und Todschlag ist eine himmelschreyende Sünde/ wie Gott selbst sagt: Siehe die Stimme deines Bruders Blut schreyet zu mir von der Erden/ *Gen. 4. vers. 10.* noch schützet ihn Gott wider Gewalt; Also kan derowegen auch ein Römischer König den Pabst zu Rom auff gewisse Weise schützen/ und muß es daher so wenig folgen/ daß er AntiChristisch sey/ als das folget/ daß Gott Cainisch sey/etc. *in vindic. pupill. Evangel. cap. [illegible] pag. [illegible]* Resp.
33. (3.) † Cumque in Ecclesia Romana multa repetiantur utilia, Baptismus, fides Apostolica, Decalogus, Oratio Dominica, &c. vel horum saltem respectu, & intuitu fundamenti, quod est Christus Jesus pro nobis mortuus & resuscitatus, patrocinium Ecclesiæ ac sedi Romanæ ejusque administratori non est denegan-
34. dum. † Est ergò Imperator, ut verbis D. Henrici Höpfneri utar, Ecclesiæ Romanæ Advocatus, quatenus illa verbo Dei adhæret, non autem quatenus fidei corruptelas propugnat, in ea-

sum,

*xon. Evangel. sect. 2. part. 3. c. 3. in fin. pag. 302.* Nec aliter intellectam volunt promissionem hanc Cæsaris de defendendâ Ecclesiâ Romanâ † prædicti Theologi Saxon. quando inquiunt: Nun lassen wir zu / daß ein Christlicher Keyser von Rechts wegen ein Beschirmer der gantzen Christenheit / und so fern was Christliches an den *particular* Römischen Kirchen ist / auch derselben Schutzherr sein kan und sol / daraus folget aber nicht / daß ein Keyser in allen und jeden Sachen dem Pabst und der Römischen Kirchen Schutz zu leisten verbunden. *in vindic. pupill. Evangel cap. 90. pag. 676.* † Stante hâc explicatione, nequaquam obicem poni à Canin. patiamur electioni Principis Evangelici vel Protestantis in Imperatorem, quam & generalitas A. B. probat & admittit. † Cumque Principes Evangelici habiles sint ad eligendum activè, quidni & passivè? Buxdorff. *hic th. 30.* Limn. *dict. cap. 1. num. 88.*

35.

36.

37.

## *QUÆSTIO III.*

### *Vivò adhuc Imperatore, an Rex Romanorum eligi possit?*

*Tit. 2. A. B.*

Carolo V. Imperatore lucis usurâ adhuc fruente, cum frater Ferdinandus *Anno* 1530. in Regem Romanorum eligeretur, Septemvirum Johannem Saxoniæ cum sociis fœderis Smalcaldici vehementer contradixisse, & electionem illam improbâsse, † docent nos scripta Johan. Sleidan. *histor. lib. 7.* & Frider. Hortleder. *de caus. belli germ. lib. 4. cap. 9.* Nec abs re id factum quisquam existimet. † Urgebant enim JCti Saxonici Auream Bullam, quæ mortuô demum Imperatore, & vacante imperio ad electionem Regis Romanorum descendere jubet Electores, *tit. 4.* §. Ferner / so offt und wann hinführo das heilige Reich ledig seyn wird / etc. † nec commodum fore Imperatori, socium Regni habere, putabant, quin & per indirectum, si relictâ Alemanniâ Carolus Hispaniam peteret, Imperium Romano-Germanicum † cum Regno Hispaniæ quasi coadunari, metuebant. *Arct. discurs.*

1.

2.

3.

4.

5.

*discurs. de Elect. Reg. Roman. vivente Imp. apud Goldast. in polit. im-*
*per. part. 2.* Sleidan. *dict. lib. 7. & 8.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 6. num.*
6. *42. & seqq.* Tob. Paurm. *lib. 2. de jurisdict. cap. 2. num. 45.* † Sed
vincere haud potuerunt rationes hæ Collectores, quo minus in
proposito subsisterent, non inscios, Carolo vivente, Ferdinando
fratri Romanorum Regi æqualem haud competitorem potesta-
7. tem, † quam in Germaniâ persistens ex solâ Imperatoris commis-
sione exerceret, ejusque personam repræsentaret, ut hinc eo so-
cius haberetur Imperatoris, nec Imperium in dissipationes trajice-
8. retur. † Accedentibus præsertim rationibus urgentissimis,
quas Carolus adduxit, de adjungendo sibi Romanorum Rege sol-
9. licitus: quia † nempe diversis ipse Regnis atque populis impe-
raret, neque posset esse continenter in Germaniâ: quâ turbu-
lentus admodum esset & periculosus Orbis Christiani, præcipuè
verò Germaniæ Status, propter dissidium religionis, propter
vim atque potentiam Turcarum, propter tunc excitatam sedi-
10. tionem atque bellum Rusticorum, † & quia per imperium mul-
ta inofficiosè fierent, ac minus obsequenter, apud Johan. Slei-
dan. *dict. lib. 7. pag. 119.* Tantumque abfuit, rationes illorum
Saxonicorum prævaluisse, ut non modò ipsemet Ferdinandus
11. Carolo V. adjunctus, † sed & postea Maximilianus II. Rudol-
phus II. & nunc feliciter regnans Ferdinandus III. viventibus
adhuc & imperantibus augustissimis Parentibus suis, in Reges ac
12. Imperatores fuerint electi & designati. Idque jure. † Si Impe-
ratorem senio, vel morbo, aut pluriom regnorum regimine impli-
cetur, aliavè necessitas emergat, Regisque Romanorum Ele-
ctionem efflagitet, Septemviris etiamnum competere, nulli du-
13. bitamus † cum Melch. Goldast. *tom. 1. const. Imper.* Matth. Ste-
phan. *de jurisdict. imper. Roman lib. 2. part. 1. cap. 2. num. 7.* Petr.
Heig. *dict. quæst. 6.* Gerlac. Buxdorff. *ad Ll. nostram conclus. 10.*
Dom. Arum. *hic, concl. 13. & vol. 1. disc. Academ. 4.* Onuph. Pan-
vin. *de Comit. cap. 1.* Theodor. Reinking *lib. 1. de regim. secul. &
eccles. class. 3. cap. 14. num. 17. & seqq.* Reinhard. König *in theat.
14. polit. part. 1. cap. 24.* Nec noviter id introductum, † sed antiqui-
tus etiam Impp. Romanis Coadjutores & Comperantes adjun-
gere

gere, moribus fuit receptum, veluti probatur ex *l. ult. ff. de hered. inst. & l. cum pri ponebatur, ibi: Divus Marcus & Commodus Impp. rescripserunt, ff. de appellat.* aliisque textibus, in quibus fit mentio Rescriptorum † à duobus simul Impp. editorum, *l. 3. § ult. ff. de testibus. l. Divi fratres ff. de pœn.* Idem postea aliquoties observatum, & hinc tres Othones priores, quatuor † Henricos, II. III. IV. & VI. Fridericum II. quin & filium Caroli IV. Wenceslaum, viventibus prædecessoribus suis, Imperii successores legimus designatos, apud Cuspinian. *in vit. prædict. Impp.* & Abb. Ursbergensem *in Othon. IV. & Henric. VI.* † Quidni ergò idem juris tribueremus etiamnum hodie Septemviris Electoribus? non parum adjutis † sanctione Bullæ nostræ *tit. 1. in pr. ibi:* So offt und wann es in künfftigen Zeiten die Nothdurfft erfordern/ oder sich der Fall zur Wahl eines Römischen Königs zum Keyser begeben wird. Quæ verba, cum indistinctè loquantur † de omni casu & necessitate Electionis, etiam quæ Imperatore vivente suscipitur, intelligi debent, *arg. l. 1. §. generaliter. ff de legat. præst. l. si pluribus. ff. de legatis 1.* Frustra contradicente Johan. Limn. *lib. 2. jur. publ. cap. 15. num. 23.* † Ex quo enim Carolus IV. de filio Wenceslao se adhuc vivente in Regem Romanorum eligendo fuit sollicitus, prædicta Bullæ verba non aliter intellexit, Cuspin. *in Vita Wenceslai.* Ac ne quidquam dubii relinqueretur, † expressâ lege facultatem hanc sibi reservârunt Electores *in Capitulatione Cæsareâ*, §. Und insonderheit sollen und wollen wir *&c. verb:* die gemeldten Churfürsten/ ihre Nachkommen und Erben/ zu jeglicher Zeit/ bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs/ dieselbe/ so offt sie es einem Keyser zu behuff/ oder sonsten dem heiligen Reich nothwendig und nützlich befinden/ † auch bey Lebzeiten eines Römischen Keysers vornehmen zu lassen/ etc.

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

## *Quæstio IV.*

## *Quis Electorum in Electione Imperatoris primum dicat votum: & num hoc sibi ipsimet dare queat?*

 Cùm

*Tit. 2. & 4. A. B.*

Cùm maximi momenti res sit Electio Imperatoria seu Regis Romanorum, nec de aliâ vix ullâ incidere queat deliberatio difficilior, Georg Sabin. *de elect. & coronat. Carol V.* [illegible] non modò † sacris præmissis ad eam deveniri possit Autor noster Bullæ, sed & certas ac solennes ceremonias actui huic peragendo præscripsit, *tit. 2 & 4.* quas singulas, ordine jam antea à nobis relatas *in comm. ad Leg Reg. cap. 11 sect. 9.* hic repetere supersedemus, solum votandi jus reassumentes, quis scilicet Electorum primum proferat votum; & an hoc sibi ipsimet dare, & se in Imperatorem eligere queat? Prius † si ex speculo Saxonico decidendum esset, proculdubio Moguntino primam competeret votum: ita enim verba habent Landr. *lib. 3. art. 57.* Der Bischoff von Mäintz der hat die erste Stimme der Wahl / der Bischoff von Trier die andere / der Bischoff von Cölln die dritte. Ac certè, quia † Moguntinus [illegible] Decani sustinet in Collegio Septemvirali, *diss. praeced.* [illegible] alius hoc jus ei præripiet, Franc. Marc. *decis. 365 n. 12* [illegible] *6. in Ligur.* Sed aliter hanc litem decidit † Carolus noster, primam tribuens vocem Electori Trevirensi, ultimam demum Moguntino relinquens, *h. t. 4. §.* So sol der ehegenannt Ertzbischoff von Mäintz etc. Arum. *hic concl. 14.* licet ab hoc deciso † observantia quandoque recesserit, dispositioni Juris Saxonici innixa, velut † Maximiliano II. in Regem Romanorum designando primum perhibeatur dedisse votum Moguntinus, si credamus Adam. & Nicol. [illegible] *in hist. elect. & coronat. Maxim. II. apud Goldast. in* [illegible] *pag. 148.* Idemque observatum † in Electione Caroli V. refert ex Sleidan. *lib. 1. hist.* Arum. *dict. concl. 14.* Sed aliud docet Protocollum Coronationis Caroli V. *tit. 31. ibi:* † Und wir Albrecht Cardinal als Ertzbischoff zu Mäintz etc. der andern unserer Mit-Churfürsten und geschickten Botschafften Stimm und vota nach Ordnung und Gesetz darüber gemacht / und jeden sonderlich gefraget und erforschet; Und wir etc. [illegible] apud Goldast. in politischen Reichshändeln. Neutrum falsò dictum; † Si deliberationem votorum explicationi præmissam, ab ipsis [illegible] suffragiis, inque ea Moguntinum prima fecisse verba, at ultimum dedisse suffragium asseramus, ex mente Joh. Limn. *lib. 6 jur. publ. cap.* [illegible] Posterius quod attinet, † utrum aliquis ex septemviris sibi ipsi vo-

tum

tiam dare queat/ suspectum primâ fronte videtur testimonium habilitatis † in propriâ causâ, *arg.l.25.ff. de procurat. & l.un. C.ne quis in caus. suâ.* Licet Carolus IV. patris sui Johannis Bohemiæ Regis † (cujus vox ipsius met Caroli fuit, *§. ex cæ. ero inst. de inut. stip.l.ult. C.de impub. & aliis substit.*) suffragio ad imperium pervenerit, Cuspin, *in Vitâ Caroli IV.* ac † Sigismundus filius, sententiam primo loco dicere rogatus, seipsum nominaverit, ut legere est apud Hagec. *in Chron. Bohem. anno 1414.* Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo de Imp Rom.lib.2.c.2.* Buxdorff. *hic, concl.39.* Dubrav. *lib.23.Chron. Bohem.* Boregk *in Chron. Bohem. in Wenceslao Rege & Imp.* † quod tamen alienum à decreto electionis Sigismundi, in quo ArchiPrincipes Electores referunt, Sigismundum in Hungariâ absentem legatos misisse, Lehman, *lib.7. Chron. Spirens.* Melch Goldast. *in Bohem. lib.3.cap.4 n.7.* Sed anxii non simus in re a † Carolo nostro decisa, *tit.2.h.B. §.ult.vers.* So erkennen wir/ daß desselben Erwehlten/ ob er gegenwertig wer/oder des Abwesenden Botschafft Stimmen auch völlige Krafft haben/ und die Zahl der Erwehlten mehren/ auch den mehrer theil gleicherweise/ als andere Churfursten machen soll. Quis nô hinc videt, † sui ipsius eligendi facultatem Electoribus concessam esse? quod & jamdudum placuit Pontifici † *in cap.cum in jure. 33. extr.de elect. & elect. potest.* Goldast. *dict.cap.4 n.7.* Reinking. *lib 1.de Regim.secul.& ecclesiast.class 3 cap.5. n.18 seqq.* Nec suspicio de præsumtâ sui ipsius habilitate hoc decisum remoratur; Præterquam enim, † quod in personis illustribus jurejurando ad eligendum obligatis, omnis sinistra cesset suspicio, reliquorum sanè vel plurium tantummodò Septemvirorum assensu † nullo negotio hæc purgatur, ac inde sui ipsius electio aliorum conclusu facta censetur.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

## *QUÆSTIO V.*

## *Uno vel altero Electore absente, subsistatnè Electio Imperatoris?*

Quis Status fuerit Electoris Trevirensis, cum annis abhinc decem invictissimus noster Imperator Dn. Ferdinandus III. vivente adhuc & annuente Divo Parente in Regem eligeretur Romanorû,

*Tit.2. A.B.* 1.

2. neminem nostrum fugere potest; Ex quo, cùm † absente ipso ac
voto ejus irrequisito, Electio peracta esset, plures quidam [illegible]
nostræ eò temeritatis & impudentiæ progressi fuere, ut contemtis
reliquorum suffragiis, conclusum Septemvirale arrodere, & præva-
3. lante linguâ impugnare haud erubuerint. † Licet verò in causas
absentiæ & detentionis, quæ tum Trevirum affligebant, inquirere,
4. easq; propalare licentiam nobis non sumamus: † Non possumus
non tamen Sanctum Domini ex debitâ reverentiâ & subjectissimâ
devotione defensare, omnemq; murmurandi & cavillandi ansam
5. præcidere, quam vulgò petunt † ex Bullâ nostrâ, quæ Septemviros
universis ac singulis Electionis actum intimare, eosq; ad [illegible]
vocare jubet, *tit. 1.* Uber das sitzen und ordnen mir etc. in quo certè
6. haud minima electionis solennitas & forma consistit, † cujus omis-
sio proculdubio vitiat ipsum actû, *l. cum lic. 5. si prætor ff. de transa-
ct.* Alex. *lib. 1. consil. 42 n. 16.* Andr. Gail. *lib. 1. obs. c. n. 30* ut forsan †
7. non immeritò Saxo & Henricus Bavariæ Dux ad Electionem Con-
radi III. haud citati, eam non legitimè, sed per subreptionem fa-
8. ctam dixerint. Quod & Rex Bohemiæ, † in Electione Maximilia-
ni I. præteritus, ægrè tulit, usq; adeò, ut arma fuerit minatus, à
quibus tamen, pœnâ quingentarû Marcarum ex transactione spe-
ciali in futuros hujus legis transgressores decretâ, abstinuit. Her-
9. man. Maur. *de Coronat. Caroli V.* † Quàm solliciti porrò fuerint E-
lectores de observantiâ Aureæ Bullæ in Conventu Francofurtensi
*Anno 1562* pro eligendo Romanorum Rege instituto, nolentes
progredi ad actum electionis, priusquam in locum Johannis Geb-
hardi Coloniensis, ipso conventûs tempore lucis [illegible] redden-
tis, alius surrogaretur Archiepiscopus & Elector in Capitulo Co-
10. loniensi, ex historiis est notissimum. † Verùm enimverò, nullum
ex Septemviris in Electione Regis Romanorum prætereundum,
hæc probant, nequaquam autem Electionem in unius vel alterius
11. absentiâ peractam, nullam vel illegitimam reddunt. † si præsertim
causa voti neglecti subsit urgentissima. Nec enim verba potius,
12. quàm mentem & rationem, in † quâ ceu spiritu vivificante Bulla
nostra vivit, non in cortice verborum, Rovescal. *in addit. ad
Alexandr. lib. 2. cons. 20. num. 9. verb. modo sic &c.* attendi oportet,
quæ proculdubio salutem Imperii, Statumque Reipubl. felicem
con-

concernit, quem unius vel alterius voti neglectus nequaquam impedire debet. † Neq; Carolum Bullæ nostræ autorem semper & ubiq; numerum Electorum requirere completum, ac singulorum præsentiam & consensum, vel inde patet; Quod (1.) † electionem Regis Romanorum à majore etiam tantummodò Electorum parte factam, justam & legitimam reputari velit, non minus, ac si foret ab omnibus ipsis, nemine discrepante, concorditer celebrata, † *b.t.2.§.* Wann dann der *Eyd. verb.* oder den mehrertheil unter ihnen. *& § seqq* Wann aber an dem Ort sie/ oder der mehrertheil unter ihnen gewehlet: So sol solche Wahl geachet und gehalten werden/ als ob die von ihnen allen einmüthiglich vollbracht/ etc. † Secutus in eo prædecessoris sui Ludovici Constitutionem, quam recitat Hieron. Balb. *in lib singul de Coronat. in cap. Constit. Ludov.* Decernimus, inquit ille, † ut electus in Imperatorem concorditer, vel à majori parte Electorum, ex solâ Electione censeatur & habeatur ab omnibus pro vero & legitimo Imperatore, &c. Cujus etiam † meminit Avent. *lib.7. annal.* Münster. *in Cosmograph. lib.3. de german pag.476.* Frider. Hortled. *de caus. belli german. Caroli V. lib.1. cap.47. pag 512.* Georg. Kölderer ab Höch, *apud Frider. Achill. de princip inter provinc. Europ. in Orat. contra Ital pag.618.* † Et convenit cum hâc Constitutione Rescriptum Electorale ejusdem ferè tenoris apud Melch. Goldast. *tom.1. Const. Imper. pag 336.* *(2.)* Estque hoc ipsum, quod vulgò dicitur † Electionem Regis Romanorum non pertinere ad Septemviros, ut singulares personas, sed ut ad Collegium & universitatem, quod probat multis Lupold. de Babenberg *cap 6. de jur. Regni.* Onuphr. Panvin. *de Comit, Imp. tit. Verior, Septem Imperii Electorum. &c.* Quidni ergò major Collegii pars sufficeret? Nam † quod major pars Curiæ efficit, pro eo habetur, ac si omnes egerint, inquit Scævola JCtus *in l.19 ff. ad municip.* Et ideò cùm † Rupertus eligeretur, quamvis quatuor tantùm consentirent, Aventin. *lib.7. annal. Bojor.* & Caroli V. Electioni adversaretur Trevirenus, Johan. Sleidan. *lib.1. de Stat. Relig.* Ferdinandi quoque Electionem Saxo improbaret, idem Sleidan. *lib.7.* attamen ex pluralitate Votorum decretum est electis imperium. *(3.)* † Clarior adhuc est Sanctio Caroli IV.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.

ex

ex quâ Electio subsistit, licet non omnes adfuerint Electores. *tit.1.A.B.*§.Und welcher Churfürst etc. nempe quod jus abeuntium

24\. recidat in præsentes, *l. sicut §.ult.ff quod cujusq. univers. nom.* † Quare, si tres tantùmmodò, vel quatuor adfuerint, tutò ad Electio-

25\. nem procedere poterunt, si hoc facere velint. † Quin immò est Innocentii sententiâ, si unus sit solus, vocatis ille testibus, votū suum dicet, & postea eliget, & Electionem publicabit. *Innocent. cap. quia*

26\. *propter.n.5.extr de elect. & elect.potest.* Scilicet † quamvis unus non sit universitas, nec universi, nec universus; retinet tamen jus uni-

27\. versitatis, ut notabiliter monet Gloss. *in dict. l. sicut, §.ult.* [4.] † Nec officit, quod prædicta ad contumaces, qui citati nolunt cōparere, vel si præsentes ab invicem dissentiant, sint restringenda, ut colli-

28\. gere licet *ex tit.1. & 2. allegat.* † Ex quo enim Trevirensis sine dolo & culpâ suâ causam dedit, quò minus vocari & adesse potuerit, [illegible] contumaciæ notam effugiet: Suspensoq; eo à Collegio Electorali, ita ut nec votum habuerit, nec surrogatio alterius personæ in ipsius locum obtinuerit, an propterea differenda fuisset Electio Regis Romanorum, Statu Imperii multum perturbato, ac Impera-

29\. tore eam efflagitante? † Iniquus profectò [illegible] censor, qui hoc asserere velit, cùm propter salutē Imperii electio fuerit [illegible]

30\. ne dicamus † in dubio eam actus interpretationē fore sumendam, quò potius valeat quàm pereat, *l. quoties ff de V. O.* Tiber. Decian.

31\. *vol.1.Respons.[illegible] n.62.* Lupold. de Bebenberg. *tract. de jur. Regn.* [5.] † Cumque porrò ab Aur. Bulla ex causâ necessitatis recedere fas sit Cæsari & Electoribus, innuente Carolo IV. *in tit.12.* §. Und sonsten diese unsere Ordnung allein auff unser und ihr Wolgefallen wären soll. & multoties id factum demonstravimus *in Comm. ad Leg. Reg. cap.3.sect.3.* Cur non idem Septemviris Electoribus tum tempore

32\. licuisset, animadvertere haut possumus † salvâ scilicet observantiâ Aureæ Bullæ, salvoq; Trevirensis jure, de quo Electores apertè

33\. fuerant protestati, uti notum facit [illegible]. † Capitulationis recens electo Regi Romanorum propositæ, § Nachdem auch vor diesmal/ aus erheblichen gewissen Ursachen/ der Churfürst zu Trier

34\. etc. [6.] † Quid multis tandem, postquam Trevirensis ex post facto Electionem approbavit: quo unicô infringuntur tela murmurantium, fortissima licet, ut sibi imaginantur.

*Soli Deo Gloria.*

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Tertia,

## *De*

## *Personis dantibus & accipientibus Feudum.*

RESPONDENTE

DAVIDE GERLACH Misnensi.

*POSITIO I.*

EXpositâ definitione & divisionibus feudi, ordo postulat, ut causas feudum constituentes perlustremus, quarum præcipua disquisitio cùm in Personarum cognitione, quæ feudum dare & accipere possunt, versetur, parum enim est, jus nosse, si personæ, quarum causâ constitutum est, ignorentur, §. *fin. Inst. de jur. Nat. gent. & civili.* idcirco diligens earundem indagatio necessaria erit.

*II.*

De Personis autem feudum concedentibus primo loco agendum est, de quibus JCtus Feudista *in tit. 3 lib. 2. F.* ejusmodi regulam ponit: Cuivis licitum esse feudum constituere, qui modo liberam habeat bonorum suorum administrationem, Schenck Baro *ad tit. 3. lib. 2. F. & ibid.* Cujac. Rosenthal *de feud. c. 3. concl. 2. num. 1.* Bocerus *de investitura feudi. cap 3. num. 113.* Liborius Hattyserus *in analysi feudali cap 5.* Hunn. *in disp feud. 3. th. 2.* Diss. Duar. *in comm. feud. cap. 6. num 9.* Fach. *7. controv. 74. in fine.*

*III.*

Quâ regulâ duo conjunctim requiruntur in personis Feudum constituentibus: *Primò*, ut Domini sint bonorum illorum quæ in feudum concedunt; *Secundò*, ut etiam eorundem bonorum liberam habeant administrationem. Quæ duo quibus in personis simul concurrunt, illæ feudum dare possunt: In

quibus verò horum alterutrum deficit, hæ feuda concedere nequeunt *dict. t.3. l.2. F.*

*IV.*

Summus ideoque Princeps seu Imperator Romanus, quin de bonis suis propriis, quæque in suo habet patrimonio, feudum novum constituere possit, dubium non recipit, ut quorum Dominus est ac liberam legitimamque habet administrationem, Hotom. *in illustri quæst.1.* Rittersh. *in partit. feud. cap.5. quæst.15. & 16.* Duar. *in comm. feud. cap.6. num.7.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part.3. n.51. & seqq.* Borch. *de feud. c.5. n.22. cum seqq.* Liborius Hattyser. *in analysi feud. c.5.*

*V.*

De bonis autem Imperii utrum Imperator Feudum de novo constituere possit? magna est concertatio inter Feudistas. Sane Henricus Bocerus *in tract. de invest. feudi cap.3. num.66.* hoc negare non veretur, eò quod infeudatio sit quædam alienatio, *tit. 1. lib. 2. F.* Imperatoris autem officium sit augere, non alienare, *Novell. 11. in princ. Novell. 30. in princ.* Unde semper Augustus dicitur, Allezeit Mehrer des Reichs; Et recens electus Septemviris Imperii per jusjurandum sanctè promittit, quod facultates regni nec distrahere, nec alio quovis modo deteriores facere velit, ut ostendit formula jurisjurandi Cæsarei apud Johann. Sleid. *pag. mihi 29.* Quibus tamen nihil obstantibus, contrariæ opinioni, quod imò Princeps de bonis Imperii possit feuda dare, firmiter putamus inhærendum, modò illa infeudatio non vergat in gravem imperii læsionem, & consensus Septemvirorum accedat, *arg. l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. l.3. C. de quadr. præscript. tit. 1. lib. 1. F. tit. 25. §. beneficium. lib.2. F.* Vult. *in comm. feudal. lib. 1. cap.5. num. 15.* Schrader. *de Feud. part. 4. cap. 1. num. 7. & seqq.* Schneidvvin. *in epit. feud. p.1. num 32.* Vide etiam Alvarott. *in proœmio feud. n.19. &* Matth. de Afflict. *in tit. 1. princ. n.38. lib. 1. F.*

*VI.*

Cæterùm ex dicta regula colligitur, quod Imperator bona subditorum, ut quorum Dominus non est, neque legitimam eorum habet administrationem, auferre & alteri in feudum dare non possit, ne quidem ex plenitudine potestatis, *arg. cap. 17. Decre-*

*retem,*

*teron. l.7. C. de precib. Imper. offerend. l.3 C. de rescind. vendit.* Hotom. *illustr. quæst.1.* Zasius *ad l. princeps 31. ff. de legib. num. 13. & seqq.* Bodin. *lib.1. de Republ. c. 8.* Frider. Pruckman *in tract. de regal. cap.4 effect.5.* Gail *2. obs.56.* Henning Arnisæus *lib.3. de jur. majest. minor. cap.11.* Covarr. *3. resolut. 6. num.6.* Niell. *disp. feud. 2. th.3. lit. C.*

*VII.*

Quam in sententiam facile plerique hodie consentiunt: Sed quid dicendum, si evidens reipubl. utilitas ac necessitas poscere videatur, ut de bonis Privatorum feudum constituatur? Plurimi respondent, Principi jus esse ob publicam utilitatem subditos suis privare. At nobis negandum hoc videtur, nisi justum Dominis refundatur pretium *l. 13. §. 2 ff. comm. prædior. l.2. C. pro quib. caus. servi pro præmio.* Gail *2. obs. 56. num.8.* Pruckman *in dict. tract. de regal. cap. 4. effect 5.* Niell. *dict. th 3. lit. D.* Diss. Zas. *ad dict. l.31. num. 21. ff. de legib.* Arnisæus *dict. c.1. n.12.*

*IIX.*

Ex prædicta Feudistæ regula constat, nullam rationem dignitatis aut ordinis habendam esse, proinde & quilibet Paterfamiliâs plebejus de bonis suis aliquem investire valet, *tit 3. tit.10. §. cæteri. lib.2. F.* Bocer. *in dict. tract. de invest. feud. c.3 n.113.* Zasius *in epit. feud. part.5. num.31.* Rosenthal *de feud. cap.3. concl.2. num.2.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. in feudum. num.26.* Schneidwin. *in epit. feud. p.2. n.69.* Sonsbec. *part.6. num.15.* Schenck Baro *ad tit. 1. in princip. vers. Marchio. lib.1. F.* Seysel. *in specul. feud. cap qui feud. dar. poss. part.3. ampliat.1.* Petrus Ravenna *ad tit.3. lib. 2. F.* Diss. Duar. *in comm. feudal. c.6. n.9.* Fach. *7. controv. 74.* Niell. *in disp. feud. 2. th.1.*

*IX.*

Ut & filius familiâs de peculio castrensi & quasi castrensi; quoniam illorum contemplatione habetur pro patrefamiliâs atque adeo in illis tanquam patrifamiliâs plena & legitima ipsi competit administratio: Secus verò de peculio profectitio, quod pleno jure quoad proprietatem pariter & usumfructum ad patrem spectat, ut & de peculio adventitio, quod ad patrem pertinet saltem quoad usumfructum, qui si filiofamiliâs fuerit con-

cessus, ut ita in bonis adventitiis habeat plenam proprietatem, de illis rectè feudum dabit, Novell. *117. c. 1. §. 1. [illegible] verf. filius autem familiâs. C. de bon. quæ lib.* Vult. *de feud. lib. 1. c. [illegible]* Niell. *disput. feudal. 2. thes. 4.* Diss. Bocer. *de investit. feud. cap. 3. num. 49.*

*X.*

Neque etiam in prædicta regula ratio sexûs habenda, nam cum & fœmina sit Domina bonorum suorum eorumdemque legitimam habeat administrationem, quid quæso obstabit, quo minus illa infeudare possit, *tit. 1. in princip. lib. 1. F. tit. [illegible] fœminam. lib. 2. F.* Vult. *lib. 1. de feud. c. 3. n. 9.* Sonsb. *[illegible]* Schenck Baro *ad tit. 3 lib. 2. F.* Zasius *in epit. feud. part. [illegible]* Rittersh. *in partit. feud. lib. 1. c. 5. quæst. 22.* Duar. *de feud. [illegible]* Rodding. *lib. 1. var. lect. feudal. c. 38.*

*XI.*

Cæterum absque dubio à regulâ superiori excipiuntur Personæ Ecclesiasticæ, quæ personæ quin de Bonis Ecclesiæ æque ac de alienis feuda constituere possint, si de jure feudali & receptissima consuetudine quæratur, nulli hominum dubitare licet. Verùm si non quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat inspiciatur, cum Ulpiano clamandum: Usurpatum quidem hoc est, tamen sed nullo jure in *l. 13. in fin. ff. de injur.* Cum hic sit verus Bonorum Ecclesiæ usus, ut de illis Episcopi ac ministri verbi divini sustententur & pauperes alantur, teste Pontifice ipso *in [illegible] quæst. 2.* Non autem ut aliis in feudum concedantur ac per eam milites Ecclesiæ adquirantur. Vult. *de feud lib. 1. c. 3. n. 10.* Bocer. *de qual. & diff. feud. c. 2. n. 5. & seqq.*

*XII.*

Inter Ecclesiasticos autem præcipuum locum obtinet Papa, de cujus immensa potestate dubitare apud Pontificios sacrilegium est, quin igitur res singulas Ecclesiæ infeudare possit, nemo est qui ambigit: Feuda autem quæ Pontifex Romanus conferre solet, sunt opima sacerdotia & beneficia, veluti Archiepiscopatûs, Episcopatûs, Abbatiæ, Præpositura &c. quæ feuda à quibusdam papalia vocantur, Bocer. *dict. n. 2. cap. [illegible]* Vult. *d. loco.* Matth. de Afflictis *in prælud. feud. cap. 7.* Rittershus. *in*

*part.*

*part. feudal. lib. 1. cap. 5. quæst. 6.* Libor. Hattyserus *in analyf. feud. c. 5.*

*XIII.*

Quod ad cæteros Ecclesiæ prælatos attinet, negari non potest, quin de suis bonis propriis, si quæ habent, feuda possint constituere, *tit. 3. & tit. 35. lib. 2. F.* Cætera verò Ecclesiæ bona, quæ nam possint in feudum dari, non est hujus loci, sed tractabitur *in cap. 5.* Et hoc feudum à quibusdam Clericale appellatur, non quasi omnes clerici sine discrimine feuda in bonis Ecclesiæ constituere possint, sed solùm Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Abbatissæ & Præpositi, *per text. in tit. 1. §. 1. tit. 6. in princip. lib. 1. F.* Qui omnes cum primates Ecclesiæ sint, Prælati appellatione continentur; Ut autem Ecclesiæ prælatus, sic & Vice-dominus & Vicarius Episcopi de bonis Ecclesiæ investire aliquem valet, *tit. 6. in princ. lib. 2. F.* Bocer. *dict. c. 2. num. 14.* Matth. de Afflictis *in tit. 1. pr. n. 8. & seqq. lib. 1. F.*

*XIV.*

A Clericis verò excipiuntur Monachi, qui licet ac ipsi Clericorum appellatione veniant, *tit. 26. §. qui Clericus. lib. 2. F.* tamen, cum ingressi monasterium se suaque bona universa Deo dedicarunt ac Monasterio acquisiverunt, prout in *Novell. 5.* constitutum, consequens est, eos feuda dare non posse, Rosenthal. *de feud. cap 3. concl. 4. num. 2.*

*XV.*

Porro à superiori regula excipiuntur etiam Procuratores universorum bonorum cum libera constituti, id est, illi Procuratores, quibus libera bonorum administratio permissa est: Hi enim, cùm bona, quorum habent administrationem, permutare possint, *l. 58 ff de procurat* itemq; alienare, *l. 9. §. 4 ff. de adq. rer. dom. §. nihil. cum seq. inst. de rer. divisiòn.* procul dubio & de illis feuda dare poterunt, cum plus sit alienare ac simpliciter bona transferre, quam in feudum dare, modò tamen id faciant cum utilitate domini, *arg. d. l. 9. §. 4 ff. de adq. rer. dom.* Rosenthal. *cap. 3. concl. 9.* Vid. Zas. *in Epit. feud. part. 5. num. 40. & 41.* Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 69.* Bocer. *de invest. feud. cap. 3. n. 52.*

Vult. *de feud. lib 1. c. 3. num. 2.* Sonsbec. *part. 6. num. 28.* Niell. *in disp. feud. 2. th. 2. lit. B.*

XVI.

Procuratores verò absque libera, quoniam bona quorum administrationem habent, absq; speciali mandato Domini alienare non possunt, exceptis fructibus & aliis rebus quæ facilè corrumpuntur, consequens est, quod nec feudum sine speciali mandato Domini de bonis ejus concedere possint, *l. 63. ff. de procurat.* Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. n. 68. & seq.* Rosenthal. *cap. 5. concl. 6.* Niell. *dict. th. 27.* Libor. Hattyss. *in analysi feud. c. 5.*

XVII.

Cæterum quamvis Tutores ac Curatores rerum pupillorum ac minorum liberam habeant administrationem, quoniam tamen revera illarum Domini non sunt, *l. 11. § si tutorem ff. quod vi aut clam. l. 27 ff. de administr. tutor.* insuperque iis neque mobiles neque immobiles alienare possunt, de illis feuda constituere nequeunt, *l. 27. C. de administr. tutor. junct. tit. 3. § 1. lib. 2. F.* Vult. *de feud. lib. 1. c. 3. n. 2.* Bocer. *in dict. tract. de invest. feud. c. 3. n. 53.* Udalr. Zas. *in epit. feud. part. 5. n. 40. & seq.*

XIIX.

Sed num Magistratûs autoritate & decreto accedente? controversum est inter Feudistas: Affirmant hoc Zas. *in Epit. feud. part. 5. num. 41.* & Schrader. *de feud. part. 4. c. 1. n. [illegible]* Verius tamen est, ne quidem cum decreto magistratûs in bonis pupillorum ac minorum à tutoribus ac curatoribus feudum constitui posse, nisi pupillo vel minori opus sit adjutore potente, veluti in casu, quo vim sustinet à prædonibus, nec aliter sese resque suas tueri potest, quam Vasalli auxiliô, quo casu licitum erit cum decreto magistratûs prædia minorum auxiliatori in feudum dare, *arg. l. 12. C. de præd. minor.* Henr. Bocer. *in dict. c. 3. n. 54.* Vult. *in d. c. 3. num 6.*

XIX.

Feuda porrò ab antecessoribus pupilli constituta Tutores & Curatores renovare possunt illis, quibus antea sunt concessa, cum hoc videatur esse legitimæ administrationis. Vult. *de feud. lib. 1. c. 3. n. [illegible]* Zas. *in Epit. feud. part. 5. n. 42.* Sonsbec. *p. 6. n. [illegible]* Schneidvvin. *p. 3. n. 8d.*

XX. Dici-

XX.

Diximus neminem feudum constituere posse, nisi qui Dominus sit bonorum suorum, eorundemq; legitimam habeat administrationem. Sunt enim quidam Domini bonorum suorum, nec tamen eorum liberam habent atque legitimam administrationem, ut Pupilli & minores, quos absque autoritate tutorum & curatorum de novo feuda dare non posse expeditum est, *arg. tot. tit instit. & ff. de autor tutor. junct. tit.3.* §.*1. lib.2. F.* Duar. *in comm feudal. c.6. n.10.* Sonsb. *de feud. part.6. n.18.* Hattyl. *in analysi feud. c.5.*

XXI.

Quid si Tutoris ac Curatoris autoritas intervenerit? idem dicendum: Siquidem nec tutoris vel curatoris autoritate intercedente, absque decreto judicis quidquam de rebus suis alienare possunt, *l.22. C de admin. tutor* Jacob. Alvarott *ad tit.3. in princip. n.5. lib.2. F.* Quin imo etiamsi decretum magistratus accesserit, nihilò tamen magis minores feuda poterunt constituere, nisi magna ad hoc necessitate compellantur, *dict. l.22.* Vult. *dict. cap.3. n.6.* Schneidvvin. *in Epit. feud part.3 num.83.* Vetus tamen feudum pupillos ac minores tutoris & curatoris autoritate atq; consensu illis quibus constitutum est, renovare posse diserte videtur statuere feudista *in tit.3. lib.2. F.* ubi Hotom. Schenck Baro & Matth. de Afflictis. Schneidvvin. *in dict. part.3. n.79.*

XXII.

An autem pupilli ac minores etiam sine autoritate tutoris & curatoris feudum vetus renovare possint? inter Interpretes juris Feudistici valde est controversum: negant enim hoc Hotom. *in tit.3 in pr. lib.2. F.* Alvarott. *in dict. tit.3 num.5.* Sonsbec. *de feud. part.6 num.19. & seqq.* Verùm utut hæc opinio speciosis innitatur fundamentis & communi Dd. calculô sit approbata, contraria tamen probabilior videtur *per text. in tit.3. lib.2. F.* Vult. *lib.1. c.3. n.7.* Zas. *in Epit. feud. part.5.*

XXIII.

Quod cum receptum sit in illis minoribus, qui curatores habent, multò magis utique obtinebit in illis, quibus curatores dati haud sint: Hi enim cum bonorum suorum legitimam habeant

beant administrationem, sic ut & ea alienare & in contrahendo obligari queant, *l.3.C.de resti in integ.* minores dubio procul etiam de novo feudum de iisdem bonis concedere poterunt, *junct. tit. 3. lib. 2. F.*

XXIV.

Hoc quod de Minoribus Tutorem ac Curatorem habentibus dictum est, sine dubio in infantibus quoque, prodigis, furiosis & mente captis obtinebit, Jacob. Alvarott. *in tit. 3 in princip. & 5. lib. 2. F.* Et hi ne feudum vetus quidem renovare possunt. Idem dicendum quoad prodigum, furiosum & mente captum, si tutoris vel curatoris consensus intervenerit: Infans verò cum tutoris autoritate vetus feudum renovare potest, *arg. l.32. §. 2 ff. de acquir. vel amit. possess.* Duar. *de feud. c. 6. n. 10.*

XXV.

Denique de mutis & surdis, ac maximè de illis, qui utroque morbo laborant, quæritur: Utrum de bonis suis feuda nova dare possint? Quod indistinctè negat Hotom. *in disp. feud. cap. 12.* A quâ tamen sententia recedimus, nisi quis simul surdus & mutus natus sit. *Vid. l.33. §. mutus. ff de donat.* Vult. *dict. cap. 5.* Rosenbec. *de feud. p. 6. num. 26.* Gothofr. Anton. *disp. feud. 2. th. 5. lit. B. in fine,* Rosenthal *cap. 3. concl. 7.* Alvarott. *in tit. 3. num. 5. lib. 2. F.*

XXVI.

Et huc usque de personis feuda dantibus: Videbimus nunc quæ feuda accipere possint. De quibus in hæc verba scribit Feudista: Personam investituram accipientis non distinguimus, *& tit. 5. lib. 2. F.* Unde sequitur, quod feuda quivis accipere possint, nullâ sexûs, ætatis, ordinis, status aut qualitatis habitâ differentiâ, Libor. Hattyss *in analysi feud. c. 6.*

XXVII.

Quamvis enim fœminæ feudi olim capaces regulariter non erant: Hodie tamen quin feuda habere possint, nulla amplius dubitatio est, non solum quod hoc jam sit receptum usu, sed & propter textus feudales expressos, *tit. 17. & tit. 30. lib. 2. F.* Vult. *in comm. feudal. lib. 1. c. 4. n. 5.* Duar. *in comm. feud. c. 12. n. 15.* Antoon. Gouthius *de feud. cap. 6.* Sonsbec. *part. 7. num. 17.* Schrader *de feud. part. 4. cap. 3. num. 7.* Zas. *in epit. feudal. part. 5. cap. 58.*

Schwend.

Schneidvvin. *par.3.n.98.* Wesembec. *de feud. c.5.n.2.* Borch. *in comm. feudal.c.5. n.44.*

*XXVIII.*

Quemadmodum verò nulla amplius in accipiente feudum sexûs observatur differentia, ita quoque nec ætatis ullum habetur discrimen, sed omnes pariter feuda rectè accipiunt, *tit.3.lib.2.F.* adeò ut etiam infans autoritate tutoris feudum accipere possit, *arg.l.32. §.2.ff.de adquir. vel amitt. poss.* Bocer. *de invest.feud.cap.3. num.135.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part.3. num.100.* Diss. Vult. *de feud.lib.1. cap.4.n.6.* Sonsbec. *part.7. num.16.* Wesemb. *in comm. feudal.cap.5.n.6.* Zasius *in Epit. feud.part.5.num.66.* Mozz. *de feud. cap.3.num.36.*

*XXIX.*

Quia, etsi infans in parentis sui potestate existat, poterit tamen pater nomine ejus feudum accipere: Quamvis enim feudum accipiens obligetur Seniori, *tit.6. & tit.23. in fine,lib.2.F.* filiusfamiliâs autem impubes autore parente non obligetur, *§.pupillus, inst. de inut. stipulat.* quia tamen Vasallus ex feudo commodum ususfructûs rei feudalis nanciscitur, *tit.23 in fine,lib.2.F.* ita ut non facilè exinde impubes lædatur, sed potius locupletior fiat; Idcircò si parenti videbitur è re filii esse, valebit utique feudum acceptare, Bocer. *in dict. tract. de invest.feud. cap.3. num. 136.*

*XXX.*

Quod de infante diximus, idem videtur asserendum de impubere proximo infantiæ, cum enim & is nondum intelligat quid agat, non aliter quam infans cum tutore feudum novum accipere potest, *§. in summa. Inst. de obligat. quæ ex delict. nascuntur.* Vid. Bocer. *dict. c.3.n.136.* Mozz. *cap.3 n.36.* Vult. *dict. cap.4.n.6.* Sonsb. *de feud.part.7.n.16.*

*XXXI.*

De impubere pubertati proximo, ut & de pubere minorenni disputatio quoque est inter Feudistas: Et de utroque fertur communis Dd. opinio, quod cum autoritate pariter & sine autoritate tutorum ac Curatorum capaces sint feudi, Rosenthal *de feud.c.3. concl.8. num.3.& 4.* Zas. *in Epit. feud. part.5.num.5.* Vult.

*cap.4 num.6.* Duar. *de feud. cap.6. num.16.* Bocer. *dict. cap.3. n.137.* Schneidvvin. *in Epit. feud part.3 n.100.* Sonsb. *part.7 n.15.* Coutius *de feud. cap.6.* Wesemb. *cap.5 num.5.* Borch. *cap.5. num.46.* Et ut verò hoc rationibus propugnetur, longe tamen verius est impuberem pubertati proximum & puberem minorennem consensu demum tutoris ac curatoris feuda accipere posse, sine curatoribus verò & tutoribus non item, *arg l.1. ff. de minor. princip. Inst. de curat. l.3. C. de in integr. rest. min.* Hunn. *in disp. feud.3. thes.32.*

XXXII.

Si autem pubes minorennis curatorem non habeat, dubium non est quin ipsemet solus feudum accipiat, & hinc ad servitia obligetur, *dict. l.3 C. de restit. in integr. minor.* Quamvis si facilitate & ingenii sui imbecillitate læsus fuerit, restituatur in integrum, *tot. tit ff de minor.*

XXXIII.

Diximus feuda omnes accipere posse, nullâ ordinis seu dignitatis habitâ differentiâ, cui consequens est: Rustico etiam & plebejo feuda dari posse, Bocer. *de invest feud cap.3. num. 149.* Mozz. *cap.5. num. 40* Schneidvvin. *part.3. num.98.* Sonsbec. *de feud. part.7 num.18.* Schrader. *in tract. feud. part.4. c.3. n.7.* Zasius *in Epit. feud. part.5. num.68.* Qui tamen nobilitatem sibi non acquirunt, nisi de feudo investiti fuerint ab eo, qui potestatem & voluntatem habuit nobilitandi, Vult. *de feud. cap.5. n.5.* Niell. *disp. feud.1 th.7. lit. C.* Dist. Zasius *in dict. part.5 num.68.* Duar. *de feud. c.6. n 17.* Rittersh. *in partit. feudal c.6. quæst.12.* Sonsb. *part. 7. n.18.* Mozz. *de feud. c.3. n.40.*

XXXIV.

In tantum porrò nulla ordinis habetur differentia, ut superior etiam ab inferiore feudum accipere possit, Vult. *lib 1. cap. 4. num. 9. & 10.* Schrader. *part. 4, cap.3. num. 11.* Rittersh. *c.6. quæst. finali.* Siquidem absurdum non est, ut quis alio atque alio respectu inferior sit & superior, quamvis hoc casu, quo ab inferiore superior feudum accipit, per intermedias personas juramentum fidelitatis ut & servitia præstare possit. Hinc inter Ecclesiasticas personas, summus Pontifex Romanus à principibus

qui-

quibusvis salvâ sua superioritate feuda accipit, Sonsbec. *part.* 1. *num. 6.*

XXXV.

Multò magis Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Prælati & aliæ personæ Ecclesiasticæ, quod consentaneum est juri non tantùm feudali, *tit. 40. §. item si Clericus, lib. 2. F.* sed etiam Canonico, *cap. ex transmissa. extr. de foro compet.* Vult. *in dict. cap. 4. n 9.* Borch. *de feud. cap 5. num. 49.* Bocer. *in tract. de invest. feudi cap 3. num. 145.* Duar. *in comment. feudal. cap. 6. num. 18.* Sonsbec. *n. 3. part. 7.* Wesemb. *de feud. c. 5. n. 2.* Ruding. *lib. 1. var. lect. feudal. cap. 83.*

XXXVI.

Sed quid de Monacho dicendum; Num & hic feudum accipiet? Negant hoc Bocer. *in dict. cap. 3. num. 147.* Hotom. *ad tit. 21. in verb. nec beneficium pertinet, & ad tit. 30. in fin. lib. 2. F.* Niell. *disp. feud. 2 th. 6. lit. A.* Veruntamen Monachum feudi capacem existimamus, licet hoc monasterio, cui se suaque mancipavit, adquirat, cum ipse non magis ac servus aliquid proprii habere possit, *Auth. ingressi. C. de S. S. Eccles.* Quod si tamen monasterium feudi capax haut sit, monacho id frustra dabitur, Rosenthal *cap. 3. concl. 4. num. 1. & 2.* Vult. *lib. 1. cap. 4. n. 9.* Sonsbec. *de feud. part. 7. n. 23.*

XXXVII.

Servis etiam feuda dari, aperte concludit Feudista *in tit. 3. vers. personam. lib. 2. F.* ubi Jacob. Alvarott. *num. 1.* & Matth. de Afflictis *num. 1.* Sunt autem servi vel proprii vel alieni, & tam hi quam illi feuda rectè accipiunt, ita ut si dominus proprio suo servo dederit feudum, intelligatur hoc ipso simul ei libertatem donasse, nisi forsan ignoraverit, hunc cui feudum dedit, esse servum suum, *dict. tit. 3. vers. personam lib. 2. F arg. l. non minus. in princip ff. de hered. instit. § Servus à Domino. inst. eod l. super servus. C. qui milit. poss. l. 2 ff. de jurisdict.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 4. num 7.* Alvarott. *dicto loco.* Matth. de Afflictis *in dict. tit. 3. num. 2. lib. 2. F. & ibid.* Schenck Baro à Tautenberg. Duar. *de feud. cap. 6. num 14.* Zas. *in Epit. feud. part. 5. n. 62* Ruding. *lib. 1. var. lect. feudal. c. 22.* Sonsbec. *de feud. part 7 n. 22.* Wesemb. *de feud. c. 5. n. 7.*

XXXIIX.

Alieno servo feudum contemplatione Domini datum ipsi Domino adquiritur, *l.placet.ff. de adquir. hered.pr. inst. per quas pers. nob. adquiritur.* Idem dicendum, etiamsi Dominus non expressè hoc dixerit, semper enim hoc casu Domino feudum acquiritur, *§.item vobis.3.inst.per quas pers.nob.adquir.*

XXXIX.

Si verò servo alieno feudum fuerit datum, ut sibi illud haberet, nec Domino adquireret; verius est, neutri illud adquiri, nec Domino nec servo. *arg Auth.excipitur.C.de bon quæ lib. junct. l. 49. §.1.ff. de adquir.possess.* Nisi forsan Dominus servum suum manumiserit, *arg. l.3. C. de inst. & subst.* aut nisi Dominus sciat hunc in modum servo suo feudum dari, & taceat, quo casu Servus iste libertatem una cum feudo consequitur, *arg.l.super servos. vers.si vero scientibus his. C. qui milit.possunt.* Vult. *dict. cap.4.n.* 7. Schenck Baro *ad dict.tit.3,vers.personam. lib.2. F.* & ibidem Jacob.Alvarott. *n. 2.*

XL.

Cum itaque ut dictum, Servi feuda accipere possint, multo magis dicendum est, feuda posse constitui sive dari filiisfamiliâs, ut qui in plerisque meliori jure utuntur quàm servi; Non solum enim juris civilis communionem habent, servitiaque militaria præstare possunt, verùm etiam res proprias jure dominii possident, Vult. *dict. cap. 4. num. 8.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part.3.n.98.* Sonsbec. *de feud. part.7.num.7.* Ritterish. *in partit. feud. cap.6. quæst.7.* Borch. *de feud.cap.5. num.47.*

XLI.

An autem hoc casu filiusfamiliâs feudum sibi concessum adquirat patri, an vero sibi retineat? inter Feudistas valdè est controversum: Nobis placet, hoc casu feudum patri non adquiri, *arg. tit.23. in fin. lib.2. F. Auth. excipitur. C. de bon. quæ lib.* Vult. *de feud. lib.1.cap.4. n.8.* Schrader. *part 7. cap. 4. n. 6. & seqq.* Ruding. *lib.1.var.lect feud.c.42.* Wesemb. *de feud. c.5.n.4.* Ritterish. *dict.cap.6.q 7.* Diss. Sonsb. *part.7.n.8.& seqq.*

XLII.

Denique feuda quibuscunque dari posse diximus, nullâ

prorsus habitâ ratione qualitatis, sicut & mutis, surdis, furiosis & mente captis, aliisque imperfectis atque ad servitia feudalia inhabilibus personis feuda ab initio constituuntur, Vult. *dict. cap. 4. num. 11.* Rosenthal *cap. 3. concl. 8.* Bocer. *de invest. feud. cap. 3. n. 134.* Zas. *in Epit. feud. part. 5. n. 66.* Sonsbec. *de feud. part. 7. n. 16.* Schneidvvin. *part. 3. n. 107.* Borch. *de feud. cap. 5. n. 50. in fin.* Etsi enim hæ personæ omnes ad servitia Domino præstanda ineptæ sint, attamen feudum constituens conditionis illarum benè gnarus, præsumitur eis hanc gratiam fecisse, ut per tertium servitia præstare & militare possint, *arg. l. 2 ff. de jurisdict.* Vid. *autores allegat.*

XLIII.

Illud tamen notandum est, quod furiosus ac mente captus, quia illorum nullum est animi judicium, nec ullus intellectus, ipsi quidem feuda accipere non possint, sed illorum nomine curatores rectè accipiant, quod & de prodigo verum est, *arg. l. 5. ff. de Reg. Jur.* Hunn. *disp. feud. 3. th. 48.*

XLIV.

Atque ita omnes indifferenter personæ, cujuscunque tandem conditionis sint, feuda accipere possunt, & quidem non modò per se, sed etiam per alium, puta procuratorem, *tit. 3. § sed utrum. lib. 2. F.* sive de hoc à Domino speciale acceperit mandatum, sive universorum bonorum liberam habeat administrationem, Sonsbec. *de feud. part. 7. num. 24. in fin.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part. 3. num. 107.* Alvarott. *ad. tit. 3. vers. sed utrum. n. 2. lib. 2. F.*

XLV.

Cæterum à generali regulâ, quâ dicebamus quosvis feuda accipere, excipimus Hæreticos, Apostatas & excommunicatos excommunicatione majori, cum quibus omne commercium Christianis interdictum est, *l. 4. C. de hæret. l. 4. C. de Apost. junct. tit. 3. § 1. in princip. lib. 2. F.* Intriglius *de feud. quæst. 54. n. 3.* Quibus rectè adnumerantur infames. Vid. Bocer. *in tract. de invest. feud. cap. 3. n. 142.*

Ex

# Ex tit. 5. & 6. Aur. Bullæ Caroli IV. Imperatoris.

## *Quæstio I.*

## *Quænam differentia inter Regem Romanorum & Imperatorem.*

*Tit.3. A.B.* Quod sancitum legitur *h. t.3.* de Sessione Electorum Eccle-
1. siasticorum in Curiis Imperialibus & Regalibus, In Keyserlichen
und Königlichen Höfen / non minimam dubitandi causam præ-
2. bet, † annon differant ab invicem Curia Imperatoris, & Curia Re-
3. gis, Imperator & Rex Romanorum? Si præsertim † hisce jun-
gamus *tit.2.§.2 & 3. tit.1.§.19. & 21. tit.18. tit.20. tit.28. §.5. A.B.* ex
4. quibus discrimen subesse haut obscure elicitur. Ac sancita est, †
si fidem Politicis plenam tribuamus; Ajunt enim: Regem Ro-
manorum electum in sigillis & insignibus Aquilam duntaxat
5. simplicem; † Coronatum vero Imperatorem duplicem gerere
sive bicipitem, ex Marquard. Frehero *in not. ad Petr. de Andlau de
Roman. Imper. lib 2. cap 15.* Dom. Arum. *hic cancl. 21.* & Johan
6. Limn. *de jure publ. lib. 2. cap. 15. in fin.* Additque Arum. † Regem
Romanorum non uti Bullâ, sed saltem Sigillo, post Lancellot.
7. *cap.1. § 1. quæst.3. in templo omn. judic.* Quettam *conf. bon.* † Im-
peratorem porrò salutare Regem Romanorum tituló Seiner
Liebden / *Recess. Imper. Spirens. de anno 1544.* §. Und dieweil
8. aber wir. ab hoc verò illum † honorari tituló Cæsareæ Majesta-
tis, Seine Keyserliche Majest. *dict. recess. Spirens.* §. Damit auch
solche Ordnung / *Recess. Wormatiens. de anno 1545.* §. Wie denn
9. auch Seine Liebden. † Quin & Regem Romanorum Imperato-
rem Domini titulo revereri, *Recess. August. de anno 1548. in pr.
vers.* So haben wir etc. *ibi:* Unsers lieben Brudern und Herrn.
*Recess. de anno 1555.* §. Solches alles und jedes. *ibi:* die Keyserli-
che Majestät / unsern lieben Bruder und Herrn. Tilder. Flor.
led. *de caus. belli german. lib.1. cap.23. pag. 84.* Reinhard. Konig. in
rer.

*theatr. polit part. 1. cap. 24. num 8.* † Negari econtra nequit, Cæsarem ac Regem Romanorum promiscuè & pro uno eodemque subjecto poni, ac † Cæsaris attributa huic communicari *in tit. 4. & 5 A. B. & in Ord. Camer. VVormatiens. Anno 1495. tit.* Wir Prælaten/ Grafen etc. *in fin. ibi:* Unsers Königlichen oder Keyserlichen Cammergerichts. † Quique *in pr. Recess. Imper. de anno 1512.* dicitur Römischer König/ is *circa fin. ejusdem Recessus* §. Alle und jede etc. appellitatur Römischer Käyser. Et quod tandem notabilius, † in altero *Recessu dicti anni 1512.* §. Solches alles und jedes. Maximilianus facit promissionem als Römischer Keyser/ bey seinen Königlichen Worten. Johann. Limn. *dict. libr. 2. jur. publ. cap. 4. num 74.* Quid ergo est, † annum quandoque conveniant; quandoque ab invicem differant? Dubiè & intricatè respondent Politici, † ut verè dixerit Sigismundus Seldus Vice-Cancellarius Imperii, qui Imperatorem ac Regem Romanorum differre arbitrantur, haut rarò ipsi discrimen inter utrumque invenire nequeunt: Es wissen (*verba ipsius habent*) unsere Rechtsgelehrten zu zeiten selbst den Unterscheid zwischen einem Römischen Keyser oder König nicht wol zu finden/ apud Anton. Coler. *de jure Imper. Rom. th. 10.* † Sed dicam quod res est: Discrimen nempe Cæsaris & Regis Romanorum hoc unico se exerit casu, quando vivo adhuc Imperatore eligitur Rex Romanorum; cui ante † Cæsaris obitum nequaquam tribuitur titulus Imperatoris vel Cæsareæ Majestatis, sed in specie retinet hic titulum Regis Romanorum, † qui & Rex Germaniæ appellitari consuevit in *Recess. Imper. Spirens. de anno 1542. in princ. & de anno 1557.* petito discrimine â nominibus † Augusti & Cæsaris, qui antiquitus ita differebant, ut nomen istius soli competeret Imperatori, qui rerum potiretur; nempe quod esset Sacer, veneratione dignus, fortunatus, bonisque auguriis consecratus, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 1. num. 18. & seqq.* Sueton. *in Vespas.* Tob. Paurmeist. *lib. 2. de Jurisdict. Imper. Roman. cap. 4. num. 1.* † Cæsaris verò nomen indigitaret successionem, ac tribueretur iis, qui Imperatoribus essent cooptati ac designati heredes, seu Successores Imperii, qui nobis hodie sunt Reges Romanorum, Onuphr. Panvin. *de Comit. Imper. cap. 3. in princ.*

10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

Exce-

21. Exceptô hoc casu, † si Imperio vacante eligatur Rex Romanorum, hic statim vi electionis nullâ prorsus dilatione attentâ, Imperator est atque vocatur; Canin. *in disc. 5. ad A. B.* & Arum. *M. conclus. 21. pag. 123.* perinde † ac vivente Imperatore electus, 22. mortuô eô sine ulteriore etiam electione ac confirmatione ipso jure Imperii potestatem plenariam, titulumque Imperatoris consequitur, Tob. Paurmeist. *dict. c. 4. n. 4 & 5. & cap. 5. n. 3, & 4.* Matth. Steph. *dict. lib. 2. part. 1. c. 2. n. 49.* Reinh. König *in theatr. pol. part. 2.*
23. *c. 24 n. 7.* Non ergô admittimus † Coronationem ac Confirmationem Pontificis, nec hoc juris ei attribuimus, ut electus dicatur Rex Romanorum, coronatus verò à Pontifice fiat Impera-
24. tor, *ex cap. venerabil. extr. de elect. & elect. potest.* † *Car la premiere partie,* (inquit Canin. *in disc. ad A. B. pag. 50.*) *tesmoigne le droit, qu'y ont les Electeurs & l'Esleu, & la seconde tesmoigne celuy, qui est reservé au S. Siege,* h. e. Prius innuit Jus Electorum & Electi, Posterius verò id quod reservatum est Sedi Pontificiæ. † Alludit
25. nempe Canin. *dict. loc.* ad *A. B* quæ specialem requirit promotionem Regis Romanorum in Imperatorem, *tit. 2. §. 1. & 3. in verb.* Nemlich einen Römischen König/ zu einem Käyser künfftig
26. zuerheben erwehlet. † *Et iterum:* Einen Römischen König zu einem Käyser zu erheben/ hancque promotionem Regis Romanorum fieri per confirmationem ac coronationem Pontificis conten-
27. dit; Sed licet concesserimus, † Carolum IV. Imp. dictis verbis ad tempora sua respexisse, quibus coronatio pontificia pro complemento Imperatoriæ dignitatis putabatur necessaria, cujus petendæ gratia 20. Peditum & 4. Equitum millia Romam pro-
28. fecturo imperium præstabat, † unde originem sumsit der Römer-Zug/ *Recess. Imperii de anno 1521. vers.* Auch haben uns Churfürsten
29. etc. Non modo enim ad decus Imperatoris, sed † & Principum Germaniæ spectabat, ut maximâ splendoris pompâ, ingressus fieret in urbem Romam, festumque inaugurationis celebrare-
30. tur, Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 2. cap. 15. in pr.* † attamen honos & onus illud hodie evanuit, cum animadverterent Electores, nihil realitatis Papam dignitati Imperatoriæ conferre, sed electum votis ipsorum protinus in Imperatorem evehi, plenissi-
31. mumque Imperii Jus consequi, † singulari desuper promulgatô
dece-

decreto *Anno 1338.* in Comitiis Electoralibus Rhemensibus, Seldus ad Imp. Ferdin. I. *in Consil.* Von Ihrer Käys. Majest. Wahl und Hoheit. quo de pluribus *in Comm. ad Leg. Reg. c. 2. sect. 9.*

## QUÆSTIO II.

## Vivente etiamnum Imperatore, an Rex Romanorum proprio nomine administret Imperium, ordinariamq; exerceat jurisdictionem.

*Tit. 3. A. 8.*

Nullum ideoque agnoscimus discrimen Imperatoris & Regis Romanorum, præterquam si vivente adhuc Cæsare hic fuerit electus, *quæst. praced.* Cui num † competat Jurisdictio ordinaria, quâ proprio nomine imperium administret, apud Politicos non est expeditum? Postquam † enim ex Historicis quibusdam didicerunt, electos Romanorum Reges quandoque cum Imperatoribus adhuc superstitibus simul imperâsse, † veluti legitur de Ottone II. Henricis II. III. & IV. Maximiliano I. Onuphr. Panvin Rom. *princip. lib. 3. de Ottone magno.* indubitatè hinc ordinariam Regi Romanorum tribuunt Jurisdictionem, talem nempe, quæ ipsi competat ex Lege Imperii, autoritate publicâ seu electione & consensu Statuum, nomine proprio, † non autoritate & mandato Imperatorio, Georg. Schönb. *lib. 5. polit. c. 19.* Theod. Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. class. 3. cap. 14. n. 40. & seqq.* Johann. Limn. *lib. 2 jur. publ. c. 15. n. 40.* Reinhard. König *part. 5. theatr. polit c. 24 n. 9. & seqq.* Thom. Michaël. *de Jurisd. concl. 29.* † idemque cum Imperatore tribunal & auditorium habere Regem Romanorum; perpetuum † esse ejus Vicarium, nec aliter ab Imperatore nisi ambitu circuli minoris differre, ceu scapham à navi, scribit Matth. Stephan. *de Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. n. 53. & seqq.* Ex † quo, inquiunt porrò, Rex Romanorum non solius Cæsaris, sed etiam proprio nomine & autoritate conscripsit comitia, ut videre † est in *Recess. Imperii Spirens. de anno 1542.* §. Und damit. *ibi:* Im Namen Röm. Käyserl. Majest. und für uns selbsten/ item *in Recess. August an. de anno 1548. in pr. vers.* So haben wir. *de anno 1555.* §. und im fall. & clarius † in

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

*Recess. Noriberg. de anno 1542.* § Würde sich aber jemand. *ibi*:
Aus Römischer Keyserl. Macht und Vollkommenheit. Dicitur et-
11. iam, vivô adhuc Imperatore † Caput Imperii, *in Recess. August. de anno 1555.* § Und im fall. *ibi*: An statt Keyserl. Majest. oder unser
als der Häupter etc. Habent hæc, fateor, egregiam prima fron-
12. te speciem, at non intercutaneam: † Ex sola enim Capitulatione Rudolpho II. & Dn. Ferdinando III. jam Imperatori invi-
13. ctissimo præscripta, refelluntur, qualiacunq; etiam illa sint; ii †
namque inter alia juratò promiserunt: Wir sollen und wollen
uns auch keiner Regierung oder *administration* im heiligen Römischen Reich / weiter oder anders unterziehen / dann so viel uns das
von Keyserl. Majestät vergönnet oder zugelassen wird / auch Ihrer
Keyserl. Majest. die Zeit ihres Lebens an ihrer Hoheit und Würde
des Keyserthumbs keine Irrung noch Eintrag thun. Jure omnino,
14. † quia Lege Carolinâ ipso creationis momento omnis potestas &
jurisdictio Imperii plenissima in Cæsarem transfertur, [illegible] de qua
15. sane quicquam † Regi Romanorum cedere ac communicare [illegible]
invitus compelli nequit. *l. id quod nostrum. ff. de Reg. Jur.* quod tamen fieret, si ipsum potestatis hujus participem faceremus. Ejus-
16. ideoque fuit conventio † Protestantium cum Cæsare *Anno 1532.*
Swinfurti facta: Ut si quando Rex Romanorum crearetur vivo
Imperatore, non suo sed solius Imperatoris nomine Rempublicam administret, nec ullam sibi potestatem aut imperium arroget, Christoph. Besold. *de Jurisd. Imper. Rom. quæst. 1.* Anton. Co[illegible]-
17. ler. *de jur. Imper. Germ. sect. 9.* Nec remorari † nos patiamur, ea
quæ ex historicis & Recessibus Imperii objiciuntur. Vel enim de
conventione aliqua speciali consensu Cæsaris inita, vel de Re-
18. ge Romanorum † Imperio vacante electo accepta hæc volumus,
prout dabit discursus, si ad disputandum perveneri[illegible]. Sunt ex
19. actis, quæ Ferdinandum I. concernunt, parum inferri potest,
propter pactum speciale, quo ipsi Carolus V. vices suas peculiariter mandavit, prout expeditum reddunt *Recess. Imper. de anno*
20. *1555.* quin † nec toto eo tempore, quo Carolus V. rexit Imperium, Fratrem Ferdinandum quidquam proprio jure ac nomine
fecisse, patet ex Commissione postrema Sudburgi in Selandia à
21. Carolo in Hispaniam abeunte relicta, quæ inter alia † hæc sup-
pedi-

peditae verba: Volumus & constituimus, ut tanquam Rex Romanorum habeat potestatem faciendi, tractandi &c. † Et ex Epistola ad Præsidem & Assessores Cameræ Imperialis missa, apud Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. pag. 576. & seq.* Male verò quidam hanc Commissionem † pro resignatione & cessione Imperii habent ac interpretantur, cum Sleidan. *lib. ult. histor. pag. 872.* quippe † quæ postea demum facta est, quando Septemviri cum Ferdinando & Caroli V. Legatis hoc nomine convenerunt, & in Ferdinandum dignitatem Imperatoriam transtulerunt, Thuan. *histor. lib. 21.* David. Chytr. *in orat. de vita & morte Caroli V.* apud Kirchner. *in curr. Impp. Regum &c.*

22. 23. 24.

## *Quæstio III.*

## *Ratio numeri Septenarii in ArchiPrincipibus Electoribus quænam?*

Nolumus jam ad disputationis serram revocare famigeratam illam & à politicis frequentatam quæstionis disquisitionem, cuinam origo Electorum accepta jure sit referenda: num † autoritati Ottonis III. Imp. & Gregor. V. Papæ? prout videre est apud Cuspinian. *de vita Impp. in Otton. III.* Jul. Pflug. Episc. Numburg. *in orat. de Republ. germ. cur.* Thuan. *lib. 2. hist. in pr.* Georg. Spalatin. *in Chron.* Von Herkommen der Chur- und Fürsten zu Sachsen. Polydor. Vergil. *lib. 4. cap. 7.* Buleng. *de Imper. Roman. lib. 3.* Mich. Schiferer. *in dissertat. de orig. & potest. Elect. th. 4.* Ludov. Person. *in orat. de Wittebergâ.* † Vel Ottoni IV? veluti contendunt Reinh. König *in polit. part. 1. cap. 30. n. 30.* Calvis. *in Chronol. ann. 998. vers. septimò in constitutionibus, & anno 1208. in fine.* Gerlac. Buxdorff. *in dissert. ad Bullam nostram, cap. 4. concl. 49. lit. E.* † Vel Henrico II. Imperatori & Sylvestro II. Papæ? cum Marsil. de Menandrino Paduan. *de translat. Imper. cap. 11.* Nicol. Husan. *lib. 3. de concord. cathol. cap. 3. & seqq.* Num Friderico I? ut vult Peucer. *in Chron. lib. 4.* Aut Carolo Magno, aliove? Vel † tandem in dubio relinquenda decisio,

*Tit. 3. & 6. A.B.* 1. 2. 3. 4. 5.

 sio,

ſto, ceu rei de cujus initio conſtare certò nequeat? ut annotavit
Elias Reusner. *in enucl. illuſtr. quæſt. hiſtor. cap. 7.* Volaterran.
*lib.23. anthropol. in Otton. III. Imper.* Dubrav. *lib. 5. hiſtor. Bohem.*
6. Petr. Heig. *part. 1. quæſt 3. num. 80.* † Quæ omnia cum ad nau-
ſeam fuerint ventilata, unicum etiam verbulum addere & fa-
cibus ſolem adjuvare, ſupervacui foret impendii & laboris:
7. cum nec † illuſtriſſimæ Collegii Electoralis dignitati, determi-
natione certi temporis quidquam addi detrahive exiſtimemus.
8. Acquieſcimus interim in deciſo † Caroli IV. morem Princi-
pum ad electionem Regis proficiſcentium conſuetudini attri-
buentis, *in tit. 1. verb.* Und den Churfürſten nach alter löblicher
Gewonheit zu ſolcher Wahl zu reiſen von nöthen ſeyn wird.
9. Quod & probavit † Pontifex Innocent. III. rem hanc ex archi-
vis ſuis perſpectiſſimam habens, *in cap. venerabilem. 34. extr. de
elect. & elect. poteſt.* is verò omnium ferè rerum, quæ conſuetu-
10. dine & moribus introducuntur paulatim, † paſſus eſſe ſolet,
ut veſtigium vel nullum, vel admodum exiguum ortus ſui &
progreſſionis relinquant, quarum irreptio tàm tacita eſſe con-
ſuevit, ut vix unquam percipiatur, nec niſi converſione jam facta
11. ſentiatur, † quemadmodum in ſimilibus Gallorum Politicus
annotavit Bodin. *lib. 2. de Republ. cap. 6. & lib. 6. cap. 5.* San-
12. ctione tamen Carolinâ ordinem † pariter, ſeſſionem ac nume-
rum Electorum ſeptenarium novimus confirmatum, *d. tit. 3. 4.
& 6.* usque adeò, ut † Maximilianus I. petens Archiducem Au-
13. ſtriæ in numerum Electorum cooptari, nihil effecerit, [illegible]
Maur. *de coronat. Caroli V. Imper.* Freher. *ad Petr. de Andlo lib. 2.
14. cap. 1.* nec † Gabriel Tranſylvaniæ, & Siculorum Princeps, di-
gnitatem Electoralem efflagitans, eam obtinuerit, ex Cancell.
Secret. Anhalt. Melchior. Goldaſt. *de Regn. Bohem. lib. 3. cap. 5.
15. num. 5.* † At unde numerus Electorum ſeptenarius? Pluri-
mum contentionis in Politicorum ſcholis hoc peperit, & qua-
ſi crucem aliquam ingeniis fixit; Perfectionis vel etiam aliquid
16. † ſi tribuere velimus huic numero, cum Andr. Knichen
*de Saxon. non provoc. jur. ver. Electorum, cap. 1. num. 307. & ſeqq.*
& Anton. Coler. *de jur. Imper. German. ſol. 44.* Perfectio prius
pro-

probanda esset: quod quia difficile, aliis onus hoc relinquimus, ne extra apia evagemur; Ad tollendam verò in electione discordiam † numerum septenarium si quis aptum & accommodatum dixerit, cum Onuphr. Panvinio *de Comit imper. cap. 9.* opponimus ei numerum ternarium, vel quinarium, in quo idem latet mysterium. † Gressus hujus semitæ admodum lubricus est: quare virgulam censoriam aliis tradamus, quam † Simon Schrader sibi sumsit: putat nempe, quia quatuor quondam Ordines, Reges nempe, Duces, Marchiones & Comites eligere solebant Imperatorem, ne ullus se præteritum queri possit, ex singulis unum numero Laicorum adscitum esse, † cumque ordo Ecclesiasticus propter summam ejus autoritatem uno contentus haut fuerit, duos vero propter votorum paritatem adhibere non licuerit, † tertium ad numerum imparem & septenarium conficiendum addi, concordiæ rationem suasisse, Schrader. *de elect. cap 9.* Arum. *hic concl. 7.* Viam hanc ingrediatur quisquis, cui plana & tuta videtur.

17. 18. 19. 20. 21.

## *QUÆSTIO IV.*

### *Qualis Archi-Principum Electorum dignitas: Unde Electoribus Ecclesiasticis Archi-Cancellariatus & num competat iis jus eligendi Imperatorem, priusquam à Pontifice Pallium susceperint, ac infulati fuerint?*

*Tit. 6. A. B*

Amplissimus heic nobis se offerret de dignitatibus Archiprincipum Electorum scribendi & differendi campus, & si † pro merito ac dignitate de dignitatibus hisce verba facere vellemus sufficientia, nec tempus nec pagina sufficiet, quin & in-

1. 2.

3. ſtituto arcemur : Conſtrictim nihilominus, † quaſi extremis digitis, titulos ſaltem & encomia Electorum in præſentiarum

4. tangere lubet: Vocantur † autem decus Imperii: Illuſtres Principes Electores, per quos cepit & in quibus conſiſtit Imperatoriæ

5. gloriæ celſitudo, & quorum ex gremine quaſi, † decedente Imperatore, Aquila [illegible] umbra Occidentem regeni producitur, Sigismund. *in conſ. de jur. & ſiſſ. Elect. Palat. §. 1.* Münſter. *in Coſmogr. lib. 3. cap. 21.* Aut. *anon. de ſtat. polit. ſeu ſimili*

6. *lib. 4. diſ. 24.* † Palmites Imperiales: Septem Candelabra lucentia in unitate Spiritus ſeptiformis, Aur. Bull. *in pr.* Colu-

7. mnæ [illegible] Imperii *A. B. tit. ult. & tit. 24. §. 1.* † Columnæ, quæ ſacrum ædificium circumſpectæ prudentiæ pietate ſuſten-

8. tant, *tit. 5. §. 1.* Membra † corporis Imperatoris *tit. 24.* G. [illegible] *tom. [illegible] Conſtit. Imper. pag. 8[illegible].* Fider. Hortleder. *de cauſ. belli germ. [illegible] lib. 1. cap. 37. pag. 292. num. 111.* quorum dignitas ab Impe-

9. ratoria Majeſtate dependere [illegible] Rudolpho II. in decreto [illegible] *Julii Anno 1590.* quod teſtes [illegible]

10. † quorum Collegium Baſis eſt & fundamentorum Imperii Romani, Nicol. Betius *de pact. famil. illuſtr.* quorumque prudentia &

11. conſilio effectum, ut † graviſſimæ diſſenſiones, quæ antea de electione Imperatoris [illegible], conquieverint, pax & tranquillitas qualiscunque in Germania conſervata, & inſidioſæ extero-

12. rum Imperio Germanico inſidiantium † conſpirationes fuerint repreſſæ. Warem. ab Erenb. *lib. 1. de fœder. cap. 2. num. 147.* Auß dem Froſchmeuſeler *part. 4. cap. 1. in fin.* Petr. Albin. *in Chron. Miſn. tit. 15. pag. 218.* Zach. Frider. *in polit. cap. 18.* Nec minor ex

13. officiis Archiprincipum Electorum † dignitas ſplendet, puta Pincernæ, Dapiferi, Mareſchalli & Camerarii, quæ hodie ſecula-

14. res ſuſtinent Electores, *tit. 4. in fin. & tit. 27. A. B.* Eorumque † intuitu nequaquam olim Principes ſervorum inſtar à Cæſaribus habiti fuere, ut nugatur Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 9.* Sed quovis tempore hæc miniſteria magnifecerunt, haut indecora

15. ſuæ dignitati, † quin & certatim ambierunt, Marquard. Freher. *de Orig. Palatin. part. 1. cap. 15.* Melch. Goldaſt. *de Regn. Bohem.*

*lib.*

*lib.4.cap.8. num 12.* licet eorum investitura non ab Imperatore, sed † Episcopo Bambergensi speciatim per Vicarios peratur, Goldast. *dict.loc. num.11.* id quod † ab Henrico II. Imper. Comitatu Bambergensi in Episcopatum erectô, primitùs ei concessum, verè scribit Bruschius *in Catal. Episc. Bambergens. fol. 236.* at † male investituram hanc ad ipsos Electoratus extendit, adsentiente Peucero, *in Chron. lib. 4.* & Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap. 161.* † quorum errorem detegit Goldast. *dict. cap.8 num.11.* Ne verò quicquam honoris per id decederet Electoribus Ecclesiasticis, tres † hi ad Rhenum Pontifices, quos Archi-Episcopos appellamus, titulo Archicancellarii pro tribus Imperii Romano-Germanici Regnis, quæ corpori Occidentalis Imperii ordinatione Caroli Magni inserta, etiamnum gloriosissimè insigniuntur. † Nam per Germaniam, quæ Imperii sedes & Occidentis Roma est, jure & titulo Archi Cancellarii gaudet Antistes Moguntinus; Per Galliam & Regnum Arelatense, (hoc est, † ut explicat Freher. *ad Petr. de Andlo lib. 2. cap.1. pag.164.* per eam Galliæ partem, quæ Regno Arelatensi continetur, olim Imperium Romanum recognoscens) eâdem utitur dignitate Trevirensis Præsul: † Per Italiam ArchiCancellarius audit Pontifex Ubiorum, seu Colonensis, *tit. 2. § 2. tit.3 §.2. & tit.4. A. B.* Cuspin. *in vitâ Carol. M.* Herman. Kirchner. *in Morviller lib.1.cap.3. num.7.* Johan. Limn. *lib.4. cap.4. num. 2. cap.5. num. 1. & cap.6. num. 4.* Marquard. Freher. *dict. loc.* Mirari † hoc non licet, cum olim antequam Leges Civiles à Lothario Saxone in Academicam cathedram reductæ essent, Cancellarii officium atque dignitas Sacerdotibus & Theologici studii peritis potissimum fuerit commendata; usque adeo † ut post Carolum Magnum vix alii extiterint Cancellarii, quàm vel ipsi Episcopi, aut Diaconi, vel eò in sacris studiis progressi, ut à Cancellariatu Imperiali ad Archiepiscopatum & Episcopatum aspirarent & in Ecclesia docendi provinciam susciperent, Kirchner. *in Morvill. lib.1.c.12. num.4.* † Quo jure, inquies? siquidem officium Cancellariatus ex eo est genere, quod seculi fluctibus plenissimum habetur, in quo etiam Clericis timendum ex communicationis

16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

vin-

vinculum, ſi dictamini pœnæ ſanguinolentæ ſeſe immiſceant

27. † Unde Lucas de Penna, *Abſtinendum eſt*, ait, *Epiſcopis ab officio Cancellarii, quod inter alia ſeculi negotia Principum ſigilla confirment pleraſq; literas, quibus ſanguis humanus per poteſtatem ſeculi effundatur, quod Canones ſeverè prohibent.* Sed hoc Pon-

28. tificum † poſteriorum decretis ſancitum eſt; Jam longe verò antequam Gratianus quicquam iſtius juris compilâſſet, perve-tuſto more in Cancellariorum munere, ſoli fere Epiſcopi, Dia-

29. coni, Capellani ac Clerici verſabantur. Forſitan † quia ho-rum nominibus atque Monachorum clauſtris, eâ ætate o-mnis prope literarum facultas teneretur, nec ullus politicæ

30. ſcientiæ cultus cognitus eſſet, † nec hinc alterius generis homines ad hanc literariæ dignitatis functionem adhiberi po-terant, Kirchner. *dict. loc. num. 19.* Neceſſitas ideoque munus

31. hoc detulit Clericis, † cui poſtea acceſſit Celſitudo Archiepi-ſcopalis, quæ ſummo Imperii ArchiCancellariatui magnam dignitatis lucem afferre judicaretur: Nec non devotio ve-

32. terum Principum in Religione, † quæ fere in ſuperſtitionem deflexit, ut quemadmodum Imp Juſtinianus confirmavit, ſe certiſſimè credere, Sacerdotum puritatem & decus & ad Do-minum DEUM, & ad Salvatorem noſtrum JESUM CHRI-STUM fervorem, & ab ipſis perpetuùm effuſas preces pluri-mum favoris Reipubl. ac incrementum afferre, *in l. ult. C. de E-*

33. *piſc. audient.* Ita illi ſibi perſuaſum habuerint, † ſine Sacer-dotibus & Epiſcopis nihil rerum maximarum feliciter perfici, nihil abſolvi poſſe, ſperarentque ita demum benè proſperèque omnia eventura, ſi Religionis Antiſtites conſiliis ac negotiis non modò intereſſent, ſed etiam præeſſent, Georg. Sigism. Seld. *in Conſ. ad Imper. Ferdinan I.* Von Ihrer Käyſerlichen Majeſtät Wahl und Hoheit / *pag. 57.* Petr. Heig. *part. 1. quæſt. 4. n. 61.* Marſil. de Padua *in defenſ. pac. part. 2. cap. 24.* Kirchner.

34. *in Morvill. dict. cap. 12. num. 27.* † Non malè etiam dixerimus, in præmium & recompenſationem benè præſtiti officii, Epi-ſcopatus primùm datos Cancellariis: Subſequentibus nam-que ætatibus, inquit idem Kirchner, videre eſt, plerumque

Eccle-

Ecclesiasticas dignitates & opulentos Episcopatus, Cancellarii Imperialis muneri, tanquam constitutum præmium cessisse, ex quo nullus ferè est Episcopatus, qui ex Imperii Cancellis, non unum atque alterum gubernatorem legatur consecutus, *lib. 4. cap. 6. num. 13.* Quicquid sit, † Archi-Episcopi hodiè sunt Electores, jusque votandi, & eligendi Imperatorem habent. At num etiam priusquam à Pontifice pallium acceperint Episcopale, ab eoque confirmati ac infulati fuerint? Negotium facessere videtur † pactio Friderici III. cum Nicolao V. Pontifice inita, (vulgò *Concordata germaniæ* dicuntur) quâ cautum reperitur, ne Ecclesiasticis Regalia ab Imperatoribus aliter quâm confirmatis à Pontifice concedantur. † Sed Concordatis illis successores non obligari, quatenus imperio præjudicant Regioque Cæsaris juri contrariantur, inquit Arnold. Engelbrecht *de Jurisdict. Imper. th. 67.* & post eum Limn *lib. 3 jur. publ. cap. 3. num. 42.* † Ac posito, in oculis Pontificis ante acceptionem Pallii Archiepiscopis haut competere Regalia: num propterea à jure electionis lege publicâ sibi delatô arcendi essent? † Reclamat observantia, quâ veri habentur Principes ac Electores, à Pontifice non infulati, ut plurimis firmat exemplis & autoritatibus Recessuum Imperii Limn. *dict. loc. num 41.* † At concessum est jus suffragii Archiepiscopis, non ut Personis Ecclesiasticis, sed ut Imperii Germanici Principibus. Mynſ. *cent. 5. obſ 58.* Andr. Gail. *lib. 1 obſ 30. num. 1.* Buxdorff. *ad A. B. th. 18 lit. b.*

36. 37. 38. 39. 40. 41.

## *QUÆSTIO V.*

## *Ex Electione Trevirensis, an jus suffragii acquiratur Regno Galliæ?*

*Tit. 3. A. B.* 1.

ArchiCancellarii ergò titulô ac nomine honorantur Electores Ecclesiastici, *quæst. praeced.* quod hodiè in propriæ & hereditariæ dignitatis appellationem verè abiit,

L haut

2. haut ſecus ac Archiducis nomen & Archiepiſcopi, † ut præter tres hoſce viros, quibus & quartum addimus Abbatem Fuldenſem Romanæ Imperatricis Archi-Cancellarium, *Receſſ. Imp. de anno 1566. in ſubſcript.* Goldaſt. *tom. un. con-*
3. *ſtit. Imper. pag. 344.* † nemini aſſignetur in Imperio, ſive Regis, ſive Electoris, magnive Ducis Cancellarius ſic, qui vicem alterius ſub ſe habeat, Kirchner. *in Merzilter lib.*
4. *1. cap. 3. num. 71.* Quid hoc autem, † quod plures in uno conſpiciantur Imperio Cancellarii? Nec novum, nec mi-
5. rum id cuiquam videatur. † Etſi enim plura Hiſpaniæ Regna in unum corpus & ampliſſimi Regni faſtigium col-
6. lata ſint, † ſingula tamen ſingulas Curias, ſingulosq; Cancellarios habent, Anton. de Gama *in deciſ. Luſit. 1.* Et B.
7. Lutherus † in Comitio Vangionum ſe cognoviſſe & vidiſſe teſtatur, triginta ampliùs Cancellarios in comitatu Caroli V. Imper. fuiſſe, *in ſerm. quotid. menſal.* Nimirum
8. quemadmodum in Imperio veteri; † ita in aliis majoribus Regnis & Principatibus, quorum corpus ex diverſis Regnis eſt collectum, hâc ratione, ut ſuum cuique jus, ſui mores & conſuetudines integræ & inconfuſæ conſiſtant ac maneant, diverſæ Cancellariæ, eorumque Cancellarii
9. habentur, Kirchner. *dict. lib. 1. cap. 4. num. 21.* Quid ni † ergò idem in Imperio Romano, quod antiquitùs in Galliam & Italiam vires extendebat? Neque hinc uno in ter-
10. ritorio officio ſuo fungebantur Archi-Cancellarii, † ſed per Germaniam Moguntinus: per Italiam Colonienſis: & per Galliam Trevirenſis, *quæſt. præced.* Id tamen periculi ſub-
11. eſſe dixeris, † quod hac ratione jus ſuffragii in Electione Regis Romanorum in alias transferatur nationes? Et quidem poſt Bald. *in cap. venerabilem. extr. de elect. & elect.*
12. *poteſt.* † ſentit ita Petr. Gregor. Tholoſan. *lib. 6. de Republ. cap. 13. num. 15. & lib. 7. cap. 15. num. 18.* jus nempe ſuffragii & electionis Septemviralis in Imperio, per id competere Regno Galliæ, quod Archiepiſcopus Trevirorum, qui inter ſuffragatores ſeptem exiſtit, Archi-Cancellarius Galliæ
13. prædicetur. † Sed graviter impingit & labitur Tholoſan.

Quod

Quod si enim (1) Trevirensis eligit nomine Galliæ vel Gallorum, ad quid jurat, † se electurum per fidem, qua Deo & Sacro Romano Imperio est adstrictus, *tit.2.§.2.A.B.* juraret potius per fidem, quâ Deo & galliæ esset astrictus. Nec unquam ipso Tholosano teste, Trevirensis à Gallis † mandatum eligendi habuit, nec proinde eorum nomine eligere potuit. *arg tit.1. & tit.19. A B* Johan. Limn. *lib 3. jur publ. c 5. n.10.* (2) Absit ergo, † votum Galliæ per Trevirensem proferri, quippe qui nec Galliæ, sed Imperii Romani per Galliam ArchiCancellarius audit, clarissimô vetustatis monumentô in istis trium ArchiCancellariorum titulis relictuó. † veteres Impp. non tantùm in Germaniâ verùm etiam in Italiæ & Galliæ regnis jurisdictionis partes exercuisse, Kirchner. *dict. cap. 4 n.16.* Nihil ideoquè ArchiCancellarii per Galliam titulus † Regno vel Regi Galliæ confert in Imperio juris, nihil dignitatis, nihil loci; Sed contra Imperio & Imperatori antiqvum jus, quod habuit in Galliæ Regno, testatum facit, & si tempora ferant, postliminio revocandum servat, Onuphr. Panvin. *de Comit.* Goldast. *tom un. Constit. Imper. pag.386.* Johan. Tilius *lib.1.tit.de Hugon. Capet. de reb gallic.* (3) † Quin nec ut ArchiCancellarius, sed ut Princeps & Elector Imperii jura suffragii atque Calculi Imperialis Trevir exercet, ut patet *ex tit 1. in pr. & § 2.3.5. & seqq tit.2. & 4. in pr tit.7. in pr. tit.10. in fin. A B* Quo igitur jure quidquam † de hisce ex ArchiCancellariatu sibi arrogare poterit Galliæ regnum? Nam spectanda est qualitas in personâ illius, quæ duplici respectu conspicua, † cujus respectu, actus peragendus, *l 15.§. 1 ff. de Adopt.* Limn. *dict lib.3. c.5. n.40.* Ita scilicet hâc disputatione Gallis parùm prospici uti, † quin potiùs defectio illorum ab Imperio Romano germanico clarior inde redditur, ipsismet fatentibus, Carolo Magno imperante, Galliam ad Imperium Romanum pertinuisse, † quod & in conventu Principum Fraxinens Orator Gallicus infitias haud ire potuit, apud Thuan. *lib 10. hist.* Germanus autem † fuit Carolus Magnus, vel Carolsburgi natus,

14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

natus, quæ est in Superiore Bavariâ, ac inde nomen retinuit, secundum Aventin. *lib.4. annal. Bojor.* vel Ingelheimii, ut sentit
25. Cuspinian. *in ejusdem vita.* ubi ait: † *Carolus, filius Regis Francorum Pipini, natus in Ingelheim villâ, quæ duobus distat millibus passuum à Moguntiano, adeò ut frustra sibi hunc Galli vendicent, cum Germanus fuerit & patria & linguâ & moribus; hoc est, ingenio & dexteritate &c.* Lupold de Bebenburg *de jur. Regn. c.5.* Franc.
26. Iren. *lib. 3. c. 18. exeg. german.* † Et nonne Regem Franciæ fidelem suum appellavit Sigismundus Imperator? in mandato *de anno 1445.* quo Rex galliarum citatur ad Concilium Constantiense, a-
27. pud Goldast. *tom. un. Const. Imper. pag. 386.* † Nonne etiam Rex Franciæ ratione Burgundiæ & Regni Arelatensis Imperio fideli-
28. tatem debet? Quâ de re ita loquitur † Goldast. Keyser *Maximilians* Ausschreiben wider den Frantzosen weisen aus/daß der König in Franckreich wegen des Königreichs Arlen ein Lehnmann des Reichs sey/ und sol *Carolus Delphinus* als ein Fürst des Reichs auff dem Reichstag gen Metz *Anno 1356.* beruffen/ seinen Sitz und Ort nebens andern Fürsten des Reichs vertreten/ und Keyser *Carolo* dem *IV.* in Gegenwart aller Chur- und Fürsten des Reichs/ und Päbstlichen *Legaten*, den Lehenend offentlich geleistet/ und die *Regalien* der Hertzogthümber Wien/ oder Delphinat/ Provintzen etc. Von Ihrer Majest. als ordentlichen Lehnherrn empfangen haben. Die Lehnbriefe sollen noch verhanden/ und im Closter *S. Victors* bey Paris zu finden seyn. *in præfat.* der Reichshandlungen.
29. † Gloriantur nihilominùs hodie Galli de superioritate absolutâ, nec Imperatorem nostrum, nec ullum Superiorem recognoscentes, Chassan. *in Catal. glor. mund. p.5. consid.28.* Balb. *de præscript. part.5.* Dec. *consil.85. n.4.* Albert. Gentil. *lib.1. de jur. bell.* Nicol.
30. Boer. *decis.178. n.9.* At jure ne, vel saltem de facto? † Illud tuetur post Innocent. III. Pontificem, *in cap. per venerabilem extr. qui filii sint legitimi.* Andr. Alciat. ex pacto Imp. Justiniani cum Clothario vel Theudiberto Gallorum Rege *in libr. de sing. certam. cap.32.*
31. † Hoc verò post Zoannett. *de Rom. Imper. n.203.* Herm. Kirchner. *in Legat. lib.1. cap.8. n.21.* ubi ait: *Quamvis vi fatali Lilium Francicum bicipitis volucris subjectione se subduxerit, juris tamen vinculo*
32. *perpetuo obligatum manet.* Utrum ergò verius? † decidendi facultatem nobis non sumimus.

*Soli Deo Gloria.*

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Quarta,

*De*

## *Rebus quæ in feudum dari possunt.*

RESPONDENTE

MELCHIORE DREILINGIO, Riga-Livono.

*POSITIO I.*

PErsonis Feuda conferentibus & accipientibus rectè succedit tractatus de materiâ seu objecto feudi, nimirum de rebus, in quibus feudum consistit: Res autem ita demum in feudum dari possunt, si non prohibeantur quâlibet ratione alienari, prout tradit Feudista in *tit.3.§.1.lib.2.F.* Infeudatio siquidem est species quædam alienationis, per quam Dominus in Vasallum rei infeudatæ utile dominium transfert, *tit.8. vers. rei autem, lib.2.F.*

*II.*

Hinc Interpretes juris feudistici Bona Ecclesiastica â Prælato Ecclesiæ sine Capituli consensu in feudum dari non posse concludunt, eô quod Prælatus eadem alienare prohibeatur absque Pontificis aut Capituli consensu, *cap 2 de reb. Eccles. non alien. in sexto.* Quod ipsum tamen per distinctionem sic explicant, ut si quidem res Ecclesiasticæ tales sint, quæ prius quoque infeudari fuerint solitæ, tunc infeudari possint, sin minùs, in feudum dari nequeant, Duar. *de feud. cap 5 n.4.* Schneidvv. *in Epit feud. part. 2 num.4. & seqq.* Sonsbec. *de feud. part.8. num.4.* Bocer. *de qual. & diff. feud cap.2. num.19. & in tract. de invest. feud. cap.3. num. 61.* Matth. de Afflict. *ad tit.1. in pr. lib.1. F.* & ibidem Alvarottus.

*III.*

Quænam autem res infeudari solitæ dicantur, & quæ non? mirum in modum FF. disceptant, eaque de re variæ ac discre-

pantes eorum leguntur opiniones: Ut enim res dicatur infeudari solita, duo requiri ajunt, tempus longum, & actuum frequentiam: Quorum utrumque, cum nullibi in jure civili aut Canonico definitum reperiatur, probabilior nobis videtur eorum sententia, qui hoc omne judicis arbitrio committunt, Menoch. *de arbitr. judic. quaest. lib. 2. cent. 1. casu 81. num. 5.* Duar. *in comm. feud. cap. 5. num. 6.* Vide Rosenthal. *de feudis. cap. 4. concl. 29.* Fach. *7. contr. 67.*

*IV.*

Etsi autem hæc distinctio inter res Ecclesiæ solitas & non solitas infeudari, communi omnium interpretum calculô sit recepta & approbata, ceu animadvertere licet apud Bocer. *in dict. tract. de invest feud. cap. 3. num. 61.* Fach. *7. contr. 67.* & Dd. *ad ib. 2.* allegat. Quia tamen ex multitudine Authorum, quod melius est & æquius, judicari non debet, monente Justiniano Imper. in *l. 1 §. 6. C. de vet. jur. enucl.* non sine ratione nobis arridet sententia Hermanni Vult. *in lib 1. de feud. cap. 5. num. 14. vers. verum enimverò.* qui res quascunque Ecclesiasticas, etiam infeudari non solitas (exceptis titulis, decimis & primitiis) in feudum dari posse statuit, modò Ecclesiastica persona antiquitùs habuerit potestatem infeudandi, *arg. tit. 1. & tit. 6. lib 1. F. tit. 35. lib. 2. F.* Hunn. *in disp. feud. 4. th 36.*

*V.*

Verùm, num Prælatus Ecclesiæ, cujus consuetudo fuerit infeudandi, possit res Ecclesiæ propriâ authoritate sine Pontificis & capituli consensu in feudum dare? valde est controversum: Quod tamen nobis affirmandum videtur, modò Prælatus illud faciat cum utilitate Ecclesiæ, per *cap. 2. vers. in primo. extr. de feud.* Rosenthal *de feudis cap 4. concl. 21.* Wesenbec. *cap. 7. num. 5* Schrader. *part. 4. cap. 2. num. 33.* Bocer. *de qualit. & diff. feud. cap. 2. n. 22.* Duar. *de feud. cap. 6. n. 4.* Curt. Jun. *in tract. feud part. 2. quaest. 1. & 2. & alii, quos allegat* Rosenth. *dict. loco.*

*VI.*

Et quin extraneo cuivis, etiam Laico res Ecclesiasticæ in feudum dari possint, dubium est nullum: Consanguineo autem suo Prælatum Ecclesiæ rem Ecclesiasticam non posse in feudum

dare

dare, multi tradunt: Verùm quoniam in textibus juris feudalis, in quibus potestas infeudandi bona Ecclesiæ conceditur prælato, non distinguitur inter extraneos & Prælati consanguineos, non temerè talis distinctio utpote in nullo texu fundata, recipienda erit, cum præsertim nec ratio sit ulla, quæ eandem admitti suadeat, Rosenthal *de feud. cap. 4 concl. 23.* Schrader. *part. 4. cap. 2. num. 18.* Zas. *in Epit. feud. part. 5. num. 51.* Vult. *cap. 5. num. 14.* Bocer. *de qual. & diff. feud. cap. 2. num. 24.* Menoch. *lib. 3. præsumpt. 54. num. 8.* Mynsing. *cent. 5. observ. 47.* Duar. *de feud. cap. 6. num. 5.*

*VII.*

Cum itaque Res, quæ alienari non possunt, in feudum dari nequeant, prout dictum *th. 1,* sequitur, Res minoris, quæ citra decretum alienari prohibentur, imò etiam cum decreto, nisi necessitas minoris exigat, *l. 22. C. de admin. tutor* infeudari haud posse, Vult. *de feud. lib. 1. cap. 3. num. 6.* Bocer. *de invest. feud. cap. 3 n. 54.* Sonsb. *de feud. part. 8. num. 12.* Ejusdem conditionis est etiam fundus dotalis, ex lege Juliâ & postea Justiniani Imp. constitutione alienationi haut subjectus, *in princ. Inst. quibus alien. lic. vel non.* Sonsbec. *dict. part 8. num. 11.* Nec non res vel statuto vel testamento alienari prohibitæ, Sonsb. *dict part. 8 num 15. & 16.* Ipsum tamen feudum, quamvis Friderici & Lotharii constitutionibus sine consensu illorum, de quorum agitur præjudicio, alienari prohibitum sit, subinfeudari aperte permissum est, *tit. 26. §. beneficium, tit. 34 § similiter lib. 2 F.* Duar. *c. 5. n 3.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 10. n. 85.* Sonsb. *dict. part 8. n. 14.*

*IIX.*

Reliquæ res omnes, quæ alienari non prohibentur, & in commercio hominum sunt, rectè in feudum dantur, dummodò vel soli sint, vel solo cohærentes, aut tales, quæ immobilibus connumerantur, docente Feudista *in tit. 1 § fin lib. 2 F.* Unde colligitur, tria esse genera rerum, in quibus feudum constitui potest: Res scilicet immobiles, immobilibus cohærentes, & quæ immobilibus connumerantur. Vult. *lib. 1. de feud. cap. 5. num. 3.* Jacob. Alvarott. *ad tit. 1 § sciendum num. 1. lib. 2. F* Zasius *in Epit. feud. part. 4. num. 1.* Rosenthal *de feud. cap. 4. concl. 1.* Jacob.

 de

de Ardizone. *in Epit. feud. cap. 24.* Seysell. *in tit. quæ res in feud. dari poss. in declar. verbi (immobilis)* Hotom. *in disp. feud. cap. 16.*

*IX.*

Quod igitur *Primò* ad res immobiles attinet, quæ de loco in locum moveri non possunt, in iis feudum constitui, extra controversiam est, & satis hoc probant *dict. tit. 1. § fin. tit. 23. in fine lib. 2. F.* mobiles autem res, salvâ naturâ feudi, infeudari nequeunt, propterea quod caducæ sint & fluxæ, ac facilè corrumpi & interire possint, feudum autem sui naturâ in perpetuum constituatur, *tit. 23. lib. 2. F.* Alvarott. *in dict. § sciendum. n. 1. lib. 2. F.* Rosenth. *cap. 4. concl. 1.* Hirsbach. *disp. feud. 4. th 3 lit. B.* Vultej. *lib. 1. de feud. cap. 7. n. 55.* Rittersh. *in part feud. cap. 7. quæst. 2.* Sonsb. *de feud. part. 2. n. 15.* Borch. *de feud. cap. 6. n. 32. & seqq.* Schneidvv. *in Epit. feud. part. 2. n. 50.* Wesembec. *cap. 7. n. 8.* Mozz. *de reb. quæ in feud. dar. poss. n. 18.* Claud. Seysell. *in tit. quæ res in feud. dari possunt.*

*X.*

An verò sub cautione saltem usufructuaria in mobilibus usu consumptibilibus feudum constituatur, ita, ut si causa exstiterit, ob quam feudum ad Dominum reverti solet, pecunia seu æstimatio rerum mobilium ei præstetur? expeditum non est: Et sunt, qui exemplo ususfructûs moti, feudum sub ejusmodi cautione jure constitui existimant, Mozz. *in tract. feud. cap. de reb. quæ in feud. dar poss n. 17.* Bocer. *in tract. de subst. & nat feud. cap. 1. n. 32.* Jacob. de Ardizone *in epit. feud. cap 27. in fine.* Sed opinio hæc communi feudistarum calculô hodie est explosa, cum feudi naturæ penitùs repugnet, ut proprietas unà cum usufructu transeat ad Vasallum, *dict tit 23. in fin lib. 2. F.* Vult. *cap. 5. n 10.* Rosenthal *de feud. cap. 4. concl. 7.* Schrader. *part. 3. cap 1. n. 15.* Sonsbec. *de feud. part. 8. n. 27.* Zas *in epit. feud part. 4. n. 21.* Wesembec. *in comm. feud. cap. 7. n. 8.* Rittersh. *dict. cap 7. quæst. 3.*

*XI.*

Et hoc quidem de rebus mobilibus facilè largiuntur plerique ex Neotericis: Verùm, de pecuniâ ex venditione feudi redactâ, utrum in eâ feudum consistere possit? quæstio est ambigua. De quâ tamen idem, quod de cæteris rebus mobilibus dicendum existimaverimus cum Vult. *in comm. feud. cap. 5. num. 10.*

Sneid-

Sneidvv. *in Epit.feud.part.2.n.18.* Wesenbec. *de feud.cap.7.num.9.* Borch. *de feud.cap.6.n.14.* Niell. *disp feud.3.th.3.* Vide Rosenthal. *cap.4.concl.8.* Zas. *in epit.feud.part 4.n.22.* Bocer. *de subst. & nat. feud.cap.1.n.24.* Hotom. *in disp feud. cap.16.*

*XII.*

Etsi verò in rebus mobilibus principaliter feudum non constituitur, per consequentiam tamen rerum immobilium in feudum concessarum, & ipsæ in feudum datæ censentur, *arg l.si quando.C. unde vi. l si quando.C.de bon. vacant.* Vult. *cap.5. n.4.* Rosenth. *de feud.cap.4.concl 4.* Borch. *de feud.c.6.n.2.&9.* Schrad. *part.3.cap.1. n.16.* Proinde quæ ad feudi instructionem pertinent, quantùmvis mobilia sint, simul cum fundo in feudum concessa intelliguntur, Hunn. *disp.feud.4 th.8.*

*XIII.*

*Secundò* feudum constitui potest in rebus, quæ immobilibus cohærent: ex quarum genere sunt fructus pendentes, sivè solo adhuc cohærentes; Hi enim cum pars soli intelligantur, *l.44 ff. de R V.* fundô in feudum dato, per consequentiam & ipsi in feudum dati videntur: Nec refert fructus illi naturales sint, an verò industriales, cum utriq; solo cohæreant, & pars fundi habeantur, Rosenth. *de feud.cap 4 concl.2.* Vult. *dict.cap.5.* Schrad. *in tract.de feud.part.3.cap.2.n.55.&cap.4.n.7.* Hirsbach. *dict.disp.4.th.5.lit.A.* Zas. *in epit feud.part.4.n.4.* Schneidvv. *in epit.feud.part.2.n.31.*

*XIV.*

An verò fructus pendentes etiam seorsim absque solo in feudum concedi possint? anxiè inquirunt Dd. Et videtur sanè hæc res expeditu difficilis: Negativam quidem tuentur Schrader. *in tract.de feud.part.3.cap.2.n.56.&seq.* Niell. *in disp.feud.3.th.1.* & alii. Verùm nos generali Feudistę assertione *in dict.tit.1.lib.2.F.* moti, id affirmandum existimamus, modò fructus tales sint, qui singulis annis renascuntur, Rosenth. *de feud.cap.4.concl.2.* Vult. *lib. 1.de feud.cap.5.n.5.* Ruding. *lib.1. var. lect feudal. cap.56.* Borch. *de feud cap.6.n.11.*

*XV.*

Immobilibus etiam cohærent molendina, quæ & ideò unà cum fundo in feudum concessa videntur, Schneidvvin. *in Epit. feud part.2. num.42.* Schrader. *in tract.feud.part.3.cap.4. num.34.* Matth. de Afflictis *ad tit.56.vers.flumina. lib.2.F.* Vultej. *de feud.*

*cap.5. num.5.* Wesenb. *in Epit.feud.cap.7.n.6.* Sunt autem molendina triplicia: Quædam enim solo habentur adfixa, de quibus nullum dubium, quin cum fundo pariter, & seorsim in feudum dentur, ut quæ solo revera cohærent & adfixa sunt, Rosenthal *de feud.cap.4.concl.4* Hirsbach. *in dict. disp.4.th 5.* Jacobin. de S. Georg. *in verbis: & cum molendinis.num.2.* Borch *in comment.feudal.cap.6.num.11.* Schrad. *part.3. cap.2.n.2.* Ruding. *lib.2. variar.lect.feudal. cap.11.*

XVI.

Quædam verò molendina instar navium aquis innatant, & vulgò dicuntur Schiffmühlen/cujusmodi sunt multa in Albi flumine Saxoniæ, in quibus an feudum possit constitui? diversæ reperiuntur Dd. opiniones, quas refert ordine Ruding. *lib. 2. var. lect feud.cap.11. n.3.* Rectè tamen sentiunt, qui molendina in aquis natantia nullâ ratione neq; per se, neq; cum fundo in feudum dari statuunt, propterea quod mobilia sint, & solo non cohæreant, Rosenthal *in dict. c.4. concl.4.* Niell. *disp. feud 3. th.11* Vult. *dict. cap.5. num.5.* Ruding. *dict. cap.11.* Hunn. *disp feud.4. th.23.* Quod tamen ita limitandum existimat Rosenthal, *dict. cap. 4. num. 2.* ut si Dominus ibi certum jus ad hoc molendinum habeat, videlicet quod vicini ad istud venire coacti sint, (quod molendinum vulgò Bannale vocant, eine Zwangmühle) possit cum hoc jure rectè infeudari, cum sit instar rei immobilis. Quæ limitatio verissima est.

XVII.

Alia denique molendina à ventis agitantur, vulgò Windmühlen: Hæc, si stipites illorum in terrâ defixæ sint, in feudum dari poterunt, quia immobilia censentur: Secus si loco moveri queant, Rosenthal *in dict. cap.4.concl.4.* Vult. *dict. cap.5. num.5.* Niell. *dict.th.1.* Ruding. *dict. lib.2. var.lect feudal.cap.11. n.6.*

XVIII.

Sylva quoque fundo cohæret: Igitur & hæc tàm seorsim per se, quàm unà cum prædio, cui cohæret, in feudum dari potest, Schrad. *de feud.part 3 cap.4.* Sylvâ autem hoc modo in feudum datâ, num etiam jus venandi simul intelligatur Vasallo in feudum concessum? Vera nobis videtur negantium opinio,

nisi

nisi forsan jus istud venandi ipsi prædio debeatur ac cohæreat, Vide Schrad. *part.3.cap.4.num.47.* Gail. *2. observ. 66.* Harpr. *ad § fera. num.163. instit. de rer. divis.* Wesembec. *de feud. cap.7.n.3.* Sonsb. *part.8. n.20.*

*XIX.*

Idem de piscatione dicendum, ut Vasallo nec jus piscandi competat, cum ipsi fluvius vel stagnum, vel cum fundo, aut seorsim in feudum conceditur: Nec enim pisces fructus aquæ facilè quis affirmârit, nec jus piscandi fluvio aut stagno cohærere dixerit, maximè nostris moribus, quibus plerumque jus piscandi à flumine distinctum. Vide Schneidvvin. & Dd. *ad prox. th. allegat.*

*XX.*

Præterea rebus immobilibus cohærent res incorporales sive jura, quæ unà cum re immobili in feudum concessa intelliguntur, etiamsi illorum nulla verbis expressis facta fuerit mentio, *dict. tit. 1. in fin. lib. 2. F.* Wesembec. *in comm. feudal. cap.7.num.6.* Hinc servitutes prædiales ipsi prædio debitæ & inhærentes, vectigalia, jus patronatûs, & si quæ sunt alia jura immobili rei cohærentia licitè in feudum conceduntur, & cum fundo in feudum dato ad Vasallum transeunt, Wesembec. *de feud. dict. cap.7.n.6.* Hirsbach. *disp. feud.4. th 9.* Zasius *in Epit. feud part 4. n.20.* Borch. *de feud. cap.6.n.15.*

*XXI.*

Castrô autem in feudum datô, an simul jurisdictio concessa intelligatur? inter feudistas anceps & difficilis est disputatio: Plærique hoc affirmant, maximè si in eo concedens consueverit exercere jurisdictionem, ut quæ tunc potiùs cohæreat castro & territorio, quàm personæ, Wesemb. *in parat. ff. de jurisd. num. 10. & de feud cap.7.num.6.* Vult. *de feud lib.1. cap.5. num.5.* Zasius *in epit. feud. part.4. num.20.* Matth. Stephan. *in tract. de jurisdict. lib.1. cap.38 num.7.* Schrader. *de feud. part.3.cap.4. n.33.* Menoch. *lib.3. præsumt.97. num. fin.* Veruntamen hæc opinio, si non quid usu communi receptum, sed quid jure nostro civili sancitum & constitutum est, spectemus, tuta non videtur: Jurisdictionem enim in dubio non castro, sed personæ cohærere, ac proinde

con-

concessione castri nequaquam ad Vasallum transire, apparet ex iis, quæ tradit Henricus Bocerus *in tract. de qual. & diff. feud. cap. 4. n. 31. & in tract. de jurisdict. cap. 8. n. 16.* Vide etiam Hunn. *in diff. feud. 4. th. 13. & 14.*

XXII.

Quod de Castro jam dictum, idem quoque de Territorio statuendum existimamus, ut nec cum eo in feudum concesso jurisdictio simul in Vasallum translata censeatur, *arg. l. cum qui ff. de jurisdict. l. fin. ff. de offic. præf. urb.* Menoch. *lib. 3. præsumt. cap. 97. num 6.* ubi plures allegat. Videatur Vult. *in comm. ad l. 1. num. 10. C. de jurisd. omn. jud.* ubi docet, jurisdictionem & territorium non perpetua esse connexa, sed interdum unum sine altero reperiri, & fieri, ut unus habeat jurisdictionem, alter verò territorium, atque hoc ipsum probat exemplô Rectorum Academiarum, qui jurisdictionem suam in alieno exercent territorio. Diss. Bocer. *in dict. tract. de jurisd. cap. 8 n. 11.* Longovall. *ad l. 3. part. 4. cap. 1. num. 16 ff. de jurisdict. &* Alciat. *in l. 239. §. territorium. ff. de V. S.*

XXIII.

Castrô tamen aut territoriô unâ cum jurisdictione in feudum concessò, dubium non est, quin ipsam quoque jurisdictionem habeat Vasallus: Sed num etiam mixtum Imperium? Quod affirmandum: cum jurisdictioni hoc imperium cohæreat, & jurisdictio sine modicâ coërcitione nulla sit, *l. 1 in fin. l fin ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* Matth. Steph. *de jurisd. cap. 3.* Ruding. *lib. 2. var. lect. feud. cap. 15.*

XXIV.

Aliud habendum de mero Imperio: quod jurisdictioni non inest, adeoque nec jurisdictione in feudum datâ comprehensum intelligitur, *arg. l. 1. in princ. ff. de offic. ejus. cui mand. est. jurisdict.* Matth. Stephan. *dict. cap. 38. num. 10.* Bocer. *de jurisd. cap. 8. num. 7. & seqq.* Menoch. *lib. 3 præsumpt. 97. num. 15. & seq.* Secus tamen, si jurisdictio omnimoda sive plenissima in feudum fuerit concessa, ut si Princeps dixerit: Wir belehnen dich mit diesem Flecken sambt allem Gerichte/ vel: Wir belehnen dich mit diesem Flecken sambt aller Obrigkeit/ tunc enim & merum imperium ad

Va-

Vasallum transibit, *l.7. §. fin. ff. de offic. procons. ubi* Anton. Faber *in Rational.* Matth. Stephan. *dict. lib.1. cap 38. num.11.* Vult. *de feud. cap.5. num.5.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part.2. num 91.* Ruding. *lib. 2. variar. lect. feudal. cap.16.* Mulcorn. *in tract. de jurisdict. num. 25.*

XXV.

Diximus hactenus de illis, quæ immobilibus rebus cohærent, ac proindè in feudum dari possunt: Sequitur nunc de *tertio* genere illarum scilicet rerum, quæ inter immobilia connumerantur; Cujus generis est pecunia, quam Princeps alicui ex suo ærario confert, & est in feudo de Camera: nec non vinum, oleum ac frumentum, quod Princeps è penuario suo annuatim alicui fidelitatis ac servitiorum nomine concedit, quod feudi genus de cavenâ appellatur, *dict. tit. 1. in fin. lib. 2.* F. Rosenthal *de feudis cap.4. concl.6.* Schrader. *de feud. part 3. cap 3. n.2.* Borch. *de feud. cap.6. n.13.*

XXVI.

Eodemque referri debent Reditus annui: Hos enim, si de immobilibus rebus prçstantur, in feudum licitè dari inter omnes convenit, connumerantur enim tunc & ipsi inter immobilia: Sed si de mobilibus rebus præstentur, dubitari potest, an & tunc rectè in feudum concedantur? eò quod ejusdem naturæ esse intelligantur ac conditionis, cujus sunt res mobiles: Quâ tamen ratione non obstante, firmiter concludendum, quod etiam in hisce reditibus feudum consistere possit, modò reditus sint perpetui, veluti de re mobili illos constitui posse dubium non est, ut si cuidam reditus certæ alicujus summæ annuatim concederentur, essent tunc sanè perpetui, cum genus, nempe pecunia, perire non possit. Rosenthal. *de feud. cap.4. concl.7* Gail. *2. observ. 11.* Vult. *de feud. lib.1. cap.5 n.9.* Sonsb. *de feud. part.8 n.24.* Schrad. *part.3. cap.3. num 2. & seqq.* Zas. *in Epit. feud. part.4. n.9.* Borch. *in comm. feud. cap.6. n 15.*

XXVII.

Denique rebus immobilibus adnumerantur Actiones de re immobili competentes; Has enim placet naturam & jus sequi rerum illarum, quarum nomine comparatæ sunt, Rosenthal. *dict. cap. 4.*

N *concl.*

*concl. 6.* Vult. *dict. cap. 5. n. 8.* Zas. *in Epit. feud. part. 4. n. 11.* Schrad. *part. 3. cap. 3. n. 10.* Mozz. *de feud. in cap. de reb. quæ in feud. dantur, n. 11.* Actiones verò de mobilibus rebus competentes in feudum dari non posse, contrariâ ratione receptum est. *Vid. autor. allegat.*

# Ex tit. 5. 7. & 25. Aur. Bullæ.

## *Quæstio I.*

### *Palatinus & Saxo in Imperio Vicarii: num viuente etiamnum, sed absente Imperatore, ordinariam exerceant administrationem?*

*Tit. 5. A. B.* Ne viduatum capite Imperium quidquam detrimenti pateretur tempore interregni, justitiâ in exilium missâ, Vicariatum detulit Palatino & Saxoni Electoribus Constitutio Carolina in Aurea Bulla tit. 5. (1.) † quam Marcha Neapolitan. *in tractat. de jurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 197. n. 2. pag. 310.* cou in præjudicium Sedis Apostolicæ conditam, multis annis posteà revocatam scribit per Johannem Papam XXII. *in extravagante sua: Si fratrum & coepiscoporum, sub tit: Ne sede vacante.* (2.) Nimirum † vacantis imperii jurisdictionem ad Papam devolvi, contendit Marcha cum aula Pontificiæ parasitis, *Robert. Bellarm. in lib. de Pontif. Roman.* Anton. de Rosell. *de potestat. pap. & imper. §. decima ratione.* Coster. *de potest. regia quæst. 12. n. 14.* Martin. Laudens. *de princip. quæst. 551.* Restaur. Castald. *de imp. quæst. 90.* (3.) † Sed studio adulationis magis, quam veritatis; Pessimè enim impingit contra fidem historicam, quâ Johannem illum, quem nominat, *Anno 1334.* mortem obiisse edocemur diu ante *annum 1356*, quo demum Auream Bullam Norinbergæ promulgatam, ipsemet fatetur Carolus *in præfatione A. B.* Thuan. *lib. 2. histor. pag. 100.* Melch. Gold. *tom. 1. Const. Imper. pag. 101.* (4.) † an ergò sanctionem posteriorem Imperialem per pontificiam priorem sublatam, autumabit Marcha? an etiam cum asseclis contra mentem & sententiam Canonistarum, Pontificem Imperatori & Imperio subjiciet? (5.) cum † omnis (6.)

Vica-

Vicariatus præsupponat superioritatem ejus, cujus vices gerit, Johann. Bodinus *lib. 1. de Republ. 9. num. 127.* Reinh. König *in theatr. polit. part. 1. cap. 31. num. 11.* Neutrum certè affirmabit: † Spiritum ergo favoris scriptis suis subtrahat; quod si fecerit, firmo stat pede Sanctio Carolina, quæ quidem in Palatino Electore est confirmatoria, in Saxone verò concessoria. Nam longè † ante A. B. Ludovicum Palatinum Rheni post mortem Rudolphi I. antequam Regnum accepisset Romanum Adolphus, vices gessisse Regis, legere est apud Aventin. *lib. 7. annal. Bojor. fol. 576.* Martin. Crus. *lib. 3. annal. Suevic.* † Nec abnuit Cuspinianus, ita loquentem inducens Ludovicum IV. in Comitiis Francofurtensibus *de anno 1339.* Longâ & approbatâ consuetudine inconcussè à majorum ordinatione hactenus observatâ, vacante Imperio, jus administrandi Imperii, feuda conferendi, & negotia cætera disponendi, Palatino Rheni debetur, *in Vitâ Ludov.* † Et præsumit hinc Freher. *lib. 2. ad Petr. de Andlo. cap. 10.* Vicariatum ratione veteris præfecturæ palatii sive majoratûs domus sub Regno Francorum provenisse; adeoque non intuitu Ducatûs Bavarici, quô inclinat Gerlac. Buxdorff *hic concl. 55. lit. e.* † sed ratione Palatinatûs als dem obersten Richter und des Hauses *major*, jus hoc competere Palatino, Christ. Besold. *de Reg. success. lib. 3. dissert. 3. th. 5.* † Quod tandem Carolus noster plenissimè confirmavit, novâque concessione Sereniss. Saxonem Palatino in vicariatu adæquavit, *h. t. 5. vers.* Eben dieses Rechtens wollen wir etc. ubi Buxdorff. *concl. 56. lib. 6.* Dom. Arum. *diss. 3. concl. 25.* Just. Sinold. *de Vicar. imper. th. 5. lit. b. in Disput. Basil. vol. 5. disput. 11.* † Conjunctim scilicet ab iis Imperium capite viduatum administrari voluit, attamen limitibus inter se divisis, ut sit Vicarius sit Palatinus in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, *h. t. 5.* Zu den Landen des Rheines/ Schwaben/ und in Fränckischen Rechten. Cautè dicit † in jure Franconico, non Franconiâ, quô includat provincias extra Franconiam sitas, jure tamen Franconico utentes, Marq. Freher. *de orig. Palat. lib. 1. cap. 15.* Just. Sinold. *d. loc. th. 6. lit. b.* † Saxo autem in locis, ubi jura servantur Saxonica, In denen Orten/ da die Sächsischen Rechte gehalten werden/ quorum defensor appellitatur, Petr.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

 Albin.

Albin. *in histor. Misn. part. 1. tit. 16.* Hrig. *part. 1. quæst. 4. num. 33.*

16. Nota admodum ambigua, † si percontari velimus, ubinam hodie vigeant jura Saxonica, quo de calamo scribunt [illegible] JCti Ingolstadienses *in consil. 22. n. 54. vol. 5. var. JCtor. german.* Johan. Gedd. *consil. Marpurgens. 32. n. 186. vol. 3.* Franc. Pfeil *Cent. 1. consil.*

17. *84. n. 6.* Ernest. Cothm. *vol. 1. cons. 27. & 25.* † Nempe haut pauci in provinciis jura Saxonica quondam frequentata [illegible] recesserunt, Joachim Georg. von Prittzen *in præf. compendii jur.*

18. *civil. & Saxon.* † At causa non est vicariatûs observantia Saxonici Juris, sed saltem demonstratio, bene monente Buxdorff. *in concl. 17. lit. d.* & Arum. *concl. 29.* Haut ergò ulteriori nos demus indagationi, certo statuentes, omnia etiamnum loca determinari, in quibus jura quondam viguerint Saxonica, ea qui scire cu-

19. pit, adeat Joach. Georg. von Prittzen *d. loc.* † Nec dubium, quin omnes imperii limites ac loca, quantumvis Palatino & Saxoni in Constitutionibus & diplomatibus specialiter & expresse haut assignata, Vicariatui eorum subsint. Marq. Freher. *dict. cap. 15.* Spangenberg *in Chron. Mansfeld. cap. 340.* Autor Der Rettung Pfaltz *vicariats* Gerechtigkeit. Rich. Dieter. *de summ. Imper. pot-*

20. *est. concl. 21.* † Administrant ideoque imperium Vicarii hi duo, quotiescunque vacare contigerit, So offt das heilige Reich ledig wird, *ut verba habent [illegible]* Sive per mortem Imperatoris naturalem, quæ omnia solvit, *Novell. 22. cap. 20.* Sive per resignationem vel abdicationem Imperii, Buxdorff. *dict. concl. 14. lit. a.* Freher. *in not. ad Petr. de Andlo, lib. 2 de Rom. Imper. c. 3.* Konig. *d.*

21. *lib. 1. cap. 34. num. 19.* † At num etiam vivo Imperatore, si extra

22. Germaniam peregre abeat? Vix hanc extensionem ad [illegible] verba prædicta credideris, contra naturam privilegiorum, † quæ strictè sunt accipienda, *cap. Sane.* ubi Panormitan. *extr. de privil.* Consil. Marpurg. *cons. 31. n. 14. cons. 49. n. 78.* quibus si addimus sequentia (wie verstehet) res longè clarior erit, cum de vacantia duntaxat morte Imperatoris contingente [illegible] præcedentes *§. 16.*

23. *& 24.* loquentur. † Et nonne Fridericus I. Imp. Romam pro colequendâ Coronâ proficiscens, Uladislaum II. Bohemiæ ducem Vi-

24. carium Imperii reliquit? Dobrav. *lib. 12. hist. Bohem.* † Nonne Imperator Sigismundus Bohemos bello invadens, Conradum Archiepisco-

piscopum Moguntinum Imperii Vicarium constituit? Nicol. Serrar. *lib. 5. in Archiepisc. 48. rer. mogunt.* † Nonne Ludovicus Barbarus Imperator in Comitiis Francofurtensibus, Eduardo Angliæ Regi Vicariatum detulit? Frossard *lib. 2. in pr. histor.* Joh. Bodin. *de Repub. lib. 1. c. 9.* Et nonne etiam † Carolus V. cum non posset continenter esse in Germaniâ, Ferdinandum fratrem Imperii Vicarium declaravit? Recess. Imp. Spirens. *de anno 1529.* Crus. *part 3. lib. 11. cap. 7. in pr. annal. Suevic.* Neutrum non frustra dixeris factum, si in casu absentiæ vicaria Electoribus competeret administratio. Nihilominus Imperator Maximilianus I. Vicariatum Imperii ad casum absentiæ extendit, † in Confirmatione illius Electori Palatino hiscè verbis factâ: Daß wir ihme das *Vicariat* Ampt und Gerechtigkeit/ so seine VorEltern/ wann das Reich *vacirel*, oder ein Römischer Keyser oder König über das Gebirge gezogen/ nach Inhalt der güldenen Bull/ und weiland Keyser Carls Brieff gehabt und hergebracht/ halte/ rc. apud Melch. Gold. *part. 1.* Der Reichssatzungen *fol. 241.* † Idem alios fecisse Impp. in diplomatibus privilegii hujus Palatini confirmatoriis, refert Auctor discursûs Von des Reichs-*Vicariat.* quibus Carolus V. Imp. perfectissimum accommodavit robur, *in diplomate dato Wormat. Anno 1521. die 28. Maii, in quo hæc leguntur verba:* So ein Römischer Käyser oder König über Berg zeucht/ oder aus dem Reich ist/ Seiner Liebden und einem ieden Pfaltz Grafen/ der Churfürst ist/ die Versehung und Verwaltung desselben gebühret und zustehet/ wie wir dann dasselbige auch seine hergebrachte Freyheit/ und *Privilegium* hiervon *confirmiret* und bestetiget/ etc. ut non malè hinc asseruerint Politici, † absente etiam ac peregrè abeunte Cæsareâ Majestate, Vicariatûs officium ad Serenissimos Electores, Palatinum & Saxonem pertinere, Johan. Bodin. *dict. cap. 9. n. 128.* Marquard. Freher. *de origin. Palatinat. cap. 15.* Dom. Arum. *de Comit. imp. c. 7. n. 15.* Buxd. *dict. concl. 54. lit. d.* Sinold. *citat. disput. de vicar. Imp. th. 9.* † ac ne quid dubii resideat, testem si constituit omni exceptione majorem Valentinus à Venningen Cancellarius Electoris Palatini, rerum Imperii publicarũ peritissimus, ita scribens: Licet casu absentiæ Cæsareæ Majestatis, vel existentiæ illius

25. 26. 27. 28. 29. 30.

ultra montes, Comes Palatinus Elector sit in illis casibus Vicarius universalis Germaniæ, & quidem speciali privilegio solenniter confirmatus, me teste & sciente &c. *in consil. 16. n. 158. inter consilia Claudii Cantiunc.* 31. † Num igitur à sanctione Aureæ Bullæ recessum existimemus? Potuisset utique contrariâ observantiâ [illegible] introduci, sed juxta tenorem Bullæ id factum, attestatur Maximilianus I. in dicto diplomate confirmatorio. 32. † Rectè omnino: quia absente etiam Imperatore videtur Imperium quasi viduatum, si non ipso capite, attamen exercitio administrationis. 33. Cumque A. B. † expressè se referat ad Privilegium Palatino desuper concessum, *d. c. 5. verb.* Von des Churfürstenthumbs oder Pfaltzgraffschaffte Freyheit wegen etc. utique & casum absentiæ in dicto Privilegio expressum comprehendit, quia relatum 34. † inest referenti cum omnibus suis qualitatibus, modis & conditionibus, *l. ait. §. 1. ff. de re judicat. l. in testamento ff. de condit. & demonstr.* Autor Von des heiligen Reichs Stätt Freyheiten/ Stands 35. *Regalien* und Freyheiten/ *pag. 15. num.* [illegible] usque eo magis, quod multis in partibus juris, mors & absentia æquiparentur, *cap. præsentia extr. de testib.* Restringit tamen hoc Arum. *dict. cap. 7. n. 17. de comit. imp.* 36. † ad casum, quo Imperator peregrè proficiscens vices suas aliis non demandaverit: Nempe ut obviet exemplis in contrarium supra adductis. Sed vereor, ne periculosa sit 37. hæc restrictio in præjudicium Vicariorum prolata, † quibus Imperatores præjudicare haut potuerunt, aliis vices suas deferentes; nisi consenserint, vel tacitè saltem, non obloquentes; Idque 38. † secus esse probabile admodum est, si perpendamus responsum Friderici III. Imperatoris Carolo Burgundo Vicariatum petenti datum: Se sine Principum Electorum assensu super hac re nil constituere posse. Albert. Crantz *lib. 2. Saxon. cap. 11.* Freher. *ad Paralipom. ad Abbat. Ursperg.* & similiter hoc de Carolo V. [illegible] Venning 39. *dict. consil. 16. num. 19.* Scilicet, † cum Fratrem Ferdinandum Imperii Vicarium constitueret, Palatinum & Saxonem consensisse, exhibitis ab Imperatore literis reversalibus, præstitaque cautione de omni periculo & præjudicio privilegii, apud Goldast. *part. 1.* von Reichssatzungen/ *fol. 245.*

*Quæst.*

# QUÆSTIO II.

## Vicariis Imperii an competat potestas investiendi aliquem: & cognoscendi de feudis Regalibus, vulgò Fahnen Lehn.

Parilem quia habent Vicarii potestatem cum eo, cujus vices gerunt, *l.1. §. a Præfectis, 4. ff. de legat. 3. l.1 C. de Offic. Vicar.* Bartol. *in l. observare. in pr. ff. de offic. proconsul.* Jacob. Menoch. *consil. 17. num. 4.* Petr. Denais. *in adsert. jurisd. Camer. fol. 46.* Octav. Cacher. *decis. 101. num. 3.* non facilè † quisquam Vicariis imperii ambiguam reddere valebit jurisdictionem omnimodam & absolutam, *h. t. 5. vers.* Auch Gewalt haben Gericht zu halten/ *&c.* † quam vacante Imperio etiam in Camerâ Imperiali exercent, ut judices ordinarii, Florent. à Venning. *cons. 24. num. 23.* Just. Sinold. *de Vicar. imp. th. 10.* Solum equidem Palatinum judicem Cameræ agnoscit Brudtlachius apud Arum. *disc. de jure publ. tom. 3. disc. 1. th. 52.* Sed viderit ipse quo jure: Non † certè hanc restrictionem generalitas Bullæ nostræ admittit; nec ratio nobis est sat ponderosa, quod sedes judicii Cameralis, quæ est Spiræ in tractu Rhenano, quo vicariatum exercet Palatinus, sita sit; † postquam judicium hoc non tantum pro partibus Rheni & Sueviæ, aut ubi jura vigent Franconica, sed generaliter pro totius Imperii provinciis est constitutum. Atque hinc post mortem † Rodolphi II. nec non Matthiæ Impp. non solius Palatini, sed Saxonis simul nomine & Sigillo, Cameram Jurisdictionis quæ sua erant, explicâsse, notat Johan. Limn. *lib. 3. jur. publ. cap. 12. n. 14.* Non vero † in jurisdictionis exercitio subsistit jus Vicariorum, sed ad omnem ferè Imperatoriam potestatem se extendit, ut tantum posse dicantur Vicarii, quantum Imp. ipse, latè Buxdorff. *hic concl. 72.* Sinold. *th. 12.* Adeoque † etiam feudorum investituram facere, nec non juramenta fidelitatis, Imperii nomine recipere, *h. t. 5.* Si nempe durante vicariatu periculum sit, † ne annus petendæ investituræ finiatur. Cæteroquin non facilè quisquam onus hoc in se suscipiet, quod electo postad Rege Romanorum, renovare necessum habet, Buxdorff. *hic concl.*

Tit. 5. A. B. — 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

10. *consil.67.lit.A.* Arum. *hic disc.3. concl.37.* Noluit † tamen Carolus noster hoc ad Feuda Principum Regalia & majora, quæ vulgò vocantur/ Fahnenlehen extendi, disertis ea excipiens verbis: Außgenommen der Fürstenlehen/ und die/ welche gemeiniglich Fahnenlehen genant werden/ denn derselben Lehen *investitur*, und verlassung/ wir einem Keyser/ oder Römischen König sonderlich vorab behalten. Herm. Vultej. *de feud. lib.2. cap.2. num.6.* Rudolph. Schrader. *de feud. part.10. sect.2. num.69.* Henr. Bocer. *de Regal. cap.2. num.6.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib.1. cap.4. num.40. & seqq.*

11. † Caute verò conjungit Fürsten und Fahnenlehen/ ne feuda Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum eximat; Ist enim horum investitura non cum vexillis sed sceptro peragitur,

12. † adeoque non Fahnen sed Scepterlehen appellitentur, Land. *lib.3. art.60.* Schrader. *de feud. part.2. cap.3. num.6. & 7.* Principum tamen feuda sunt perinde ac ipsimet possessores, Episcopi nempe, Principes, Johan. Bodin. *de Republ. lib.1. cap.9. & lib.4. cap.2.* Alphonsus Alvarez *in Speculo summ. pontif. cap.4. num.9.* Frider. Pruckman *de Regal. cap.4. num.30.*

13. † Ne autem exceptione hac præjudicetur vasallis, intra terminum præfixum investituram feudorum regalium haud impetrantibus, fas esse vicarius Imperii petentibus investitionem de feudis majoribus annuere, ex

14. † constitutione Caroli V. Imper. *Anno 1521. in Comitiis Wormat.* promulgata *in verb.* Daß der Stadthalter aus redlichen Ursachen solcher Empfängnüß/ und sonderlich/ ob wir ausserhalb des Reichs wehren/ nach Verscheinung des ersten Jahres/ darinnen einem jeden seine Regalien zu empfangen gebühret/ noch ein Jahr lang *Indult* und Erstreckung zu geben Macht haben. *junct. vers.* Und wo mitler Zeit der Erstreckung wir nicht ins Reich und Hoch-Deutschland kommen/ alsdann sollen und wollen wir herauß Befehlich thun/ an unser Statt solche *Regalien* wie sichs gebühret zu verleihen. Infert Brudelachius *in disc. de jure publ. th.58.* Et non

15. observavit † prædictam constitutionem haud loqui de Palatino & Saxone Electoribus, sed Vicario ab Imperat. Carolo V. specialiter designato, à quo Cæsaris nomine conferri investitura, & quidem si tempore Indulti præterlapso, Imperator haud adfuerit, bene advertente Limn. *dict. cap.12. num.24.*

16. † licet ad eosdem

quoque

quoq; mortis Imperatoris constitutionem hanc extendat Brudtlachius *in disc. de jur. publ. th. 76.* contra literam & mentem Caroli V. Periculosum nihilominus dixeris, ab hâc limitatione recedere, si forsan interregnum ultrà annum duret? Non tamen † propterea Vicariis investitura feudorum Regalium permittenda: Quomodo enim, Aureæ Bullæ si observetur præscriptum *tit. 1. & 2.* ut debet, imperium ultrà anni vel biennii spacium poterit vacare? Quomodo Vicariis id permissum dicemus, quod soli Imperatori specialiter est reservatum? At fieri potest, ut nimis interregnum extendatur, † nocebit nè hæc investituræ longior mora & protracta petitio? Metuendum certè id haut est, siquidem non privatio, sed contemptus moram arguunt, nec currit investituræ petendæ tempus, † quam diu quis sine culpâ suâ investituram petere impeditus fuerit, Henric. à Rosenthal. *de feud. cap. 6. conclus. 56. num. 1.* Zas. *de feud. part. 7. num. 5.* Matth. Wesembec. *part. 1. consil. 41. num. 59* Ludolph. Schrader. *de feud. part. 6. cap. 2. n. 56.* Hocque juris in investitura feudorum Regalium: Quid verò habendum de cognitione causarum feudalium? Et † hanc Vicariis denegatam autumat Dom. Arum. *hic disc. 3. concl. 40. & cum eo* Brudtlach. *dict. loc. th. 60.* Nimirùm quod plus sit de feudis Regalibus cognoscere, quàm investituram eorundem facere: majus siquidem illo casu vertitur propter casum succumbentiæ partium præjudicium. † Cui accedit prædicta Ordinatio Wormat. *de anno 1521. §. 6 in verb.* Ob auch Sachen fürfielen/Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafften etc. belangende. *junct. verb.* Derselben Erkäntnüß wollen wir uns hierinnen auch vorbehalten haben. Sed firmum & infallibile semper argumentum non est † à minore ad majus, & vice versâ, ut notat Everhard. *in top. legal. loco a minore. num. 4.* præsertim in constitutionibus privilegiatis ac prohibitoriis, qualis est hæc nostra, quæ cum generaliter loquatur, ac prohibendo solam excipiat investituram feudorum Regalium, non potest non inclusa censeri regulæ cognitio feudalis. Limn. *cit. cap. 12. num 57.* accedente porrò † ratione diversitatis notabili, inter cognitionem de feudis regalibus, eorumque investituram: illa enim justitiæ; hæc gratiæ est: quare ab unâ ad aliam argumentari haut licet. Parum verò juvat Arum. & Brudtl.

17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.

24\. *Receß. Imp. VVormat. de anno 1521.* jam suprà enim diximus, † Vicarios Imperii eo non stringi, propterea quod agat de speciali quodam Vicario, cui Caroli V. vices fuerint demandatæ: Nec quid Carolus V. posteà voluerit, sed jam antea Carolus IV. or-

25\. dinaverit, in præsentiarum attendi oportet. † Quin & reservatum istud Caroli V. unicum hunc casum tangit, quò nempè privatio feudi est decernenda: Wenn das Lehen einem Theil gäntzlich und endlich sol abgesprochen werden. ad cognitionem ergò generalem nequaquam trahi poterit. Limn. *dict. cap. 12. n. 64.*

## *Quæstio III.*

### *Elector Palatinus Rheni Judex Imperatoris: an solus in causâ exauctorationis imperatoriæ judicium exerceat? idq; salvo statu Imperii Monarchico?*

*Tit. 5. A. B.* 1. Soli prætereà Electori Palatino Rheni privilegium competit singulare & eximium, quod coram eo Imperator, sive Rex Romanorum conveniri possit, & de justitia respondere teneatur, *d. t. 5. §. ult.* Petr. de Andlo *lib. 2. cap. 10. de Imper. Roman. ibiq;* Marquar. Freher. *in not. ad verbum illud insigne privilegium pag. 194.* Quirin. Cubach. *lib. 2. Jurispr. publ. cap. 30. n. 31.* Daniel Otto *in dissert. de*

2\. *jur. publ. cap. 26. pag. 559.* † nec concurrit cum eo Serenissimus Saxo, ut falsò existimat politicus Gallorum, Bodinus *lib. 2. de Republ. cap. [illegible] n. 224.* nec noviter Bullâ nostrâ hoc introductum, sed relative duntaxat confirmatum, ut colligere est *ex verbis Bullæ hic.*

3\. Wie man saget/daß es von Alters also her kommen. Vix ergo de † certo hujus rei initio constabit, licet Melch. Goldast. *in [illegible] Constit. Imperial. pag. 99.* communi Principum voluntate ac consensu munus hoc primùm Rudolpho Comiti Palatino, *circiter Annum Christi 1250.* collatum, referat *ex Chron. Georg. Aliß. Noremberg.* Joh. Limn. *lib. 3. jur. publ. cap. 9. n. 24.* Martin. Rumel.

4\. *bl. diss. 5. part. 1. concl. 4.* At hoc expeditum, † implorari non posse judicium Palatini per modum simplicis querelæ, ab eo, qui judicialiter vel extrajudicialiter à Cæsare se gravatum conqueri-

tus,

tur, ut quidam nugantur; obstante juris ratione, † quæ à superiore ad inferiorem appellare haut permittit, *l.1. §. si quis in appellatione. ff. de appellat. l.2 ff. à quibus appellar. non lic.* Sed in causis duntaxat ipsum Imperatorem concernentibus, Palatinus Elector est constitutus, *h.t.5.* ubi Dom. Arum. *disc.3. concl.44.* † non modò in causis civilibus & pecuniariis, Herm. Vult. *in l.1.n.7.C.ubi senat. vel clariss.* sed etiam criminalibus, propter generalitatem verborum, Von Sachen wegen/darumb er angesprochen wird/ *h.t.5.* scilicet si agatur de causâ depositionis. Missis enim † ineptiis juris Saxonici, Weichbild. *lib.1.art.8.* ubi dicitur *in gloss fin.* Imperatorem judicari, eique caput amputari, non gladio sed securi aureâ super marginem alicujus Clypei manu Palatini Rheni: Man sol über ihn richten/ und sol ihme das Haupt mit einer güldenen Parthen abhawen über eines Schildes Rand. Und das sol thun der Pfaltzgraff von dem Rhein/ der dem Lande zu einem Richter über den König gegeben ist/ quas meritò largas vocat nugas Freher. *in not. ad Petr. de Andlo. lib. 2. de Imper. Rom. cap. 10 p 195.* † subsistimus in exauctorationis judicio, à quo tamen reliquos Electores exclusos nolim: Toti namq; collegio Electorali super depositione Imperatoris, jus ac potestatem judicandi competere, probant formulæ exauctorationis Adolphi & Wenceslai Impp. apud Gold. *tom.1. Constit. Imperial fol.139 & seqq.* Aventin *l.b.7. annal. fol. 733.* † eorumq; depositionem Electoribus conjunctim adscribit Cuspinian. *in Vita Adolph. & Wenceslai,* juxta illud vulgatum: Cujus est electio, ejus quoq; est depositio, *arg. l. nihil tam naturale ff de Reg. jur.* Buxdorff. *hic concl. 81.* Reinh König *in theatr. polit. part.1. cap.33.* Quid ergò prærogativæ inquies competit Palatino præ reliquis Electoribus ex Bulla nostra? Hoc † scilicet, quod Præses sit & director in Judicio exauctorationis, licet alias in Collegio Electorali munus id spectet ad Moguntinum, ceu Collegii Electoralis Decanū. Aventin. *lib 7 annal.* Buxdorff *dict. concl.81 lit.b.* † Veluti jam anteà Comitem Palatinum Rudolphum Electores *anno 1300.* ad judicium vocâsse dicuntur contra Regem Albertum, quem abdicare imperio constituerant, eligentes ipsum pro Judice, quia officium esset Palatinæ dignitatis, de causis quæ Regi moverentur cognoscere, Henric. Rebdorff *in annal. de anno 1300 p 412.* † At nonne hoc officit Majestati & Superioritati Imperatoris, vel saltèm quid dignitati

5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.



Mo-

Monarchicæ inde decedit? Voluit ita Bodin. *lib. 1. de Republ. c. 8.* quem reprehendunt Arum. *hic disc. 3. concl. 45.* & Limn. *dict. cap. 4. n. 43.* Opponentes ipsi exemplum Regis Galliæ, qui à Parlamento, quod supremum est Lutetiæ, jus sibi patitur dici, nec tamen contra præcellentiam Regiæ majestatis, ipsomet fatente Bodino

13. *lib. 3. de Republ. c. 6. n. 315.* Nec non † Regis Bohemiæ, cui Judices sunt in Silesiâ, qui Judicio Uratislaviensi præsunt, Nicol. Henel. *in Silesiographiâ, pag. 97.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 1.*

14. *n. 13.* † Electorum & Ducum Saxoniæ, qui coram Curiis provincialibus agunt & conveniuntur ratione bonorum patrimonialium, Arum. & Limn. *cit. loc.* Scilicet ut quandoque ex conventione propriâ Superior se inferiori submittit, salvâ superioritate, ita quoq; Cæsarem conveniri ajunt coram Comite Palatino, non

15. ut Superiori aut æquali; sed quia ipsemet depositâ quodammodo Imperatoriâ Majestate, cognitioni Comitis Palatini, quantumvis inferioris sese submiserit: id quod dignitati ejusdem officere haut possit. Ita nempe tela Bodini infringere annituntur. Id num

16. præstiterint, hæremus: nec credere possumus, † salvâ Imperatoris Majestate ac superioritate judicem ei invito constitui. Non etenim id sub lite est, an omnis judex sit superior, sed num aliquid superius sit eô de quô judicatur, exceptô Deô, ex cujus sibi conces-

17. sa potestate jus dicat Judex: illud vero † sunt Status Imperii atq; leges fundamentales, quæ Judicis partes Palatino deferunt, ac Monarchiæ naturam convellunt, neque in arbitrio est Imperatoris, an sese submittere velit, necne, sed id facere necesse habet

18. *h. l. 5.* † Dent itaque gratiæ, dent auribus Politici quicquid velint, nos inducere non poterunt, ut postponamus fidem Electoris Moguntini, ArchiCancellarii & rerum imperialium scientissimi, qui in Oratione suâ contra statum Imperii purè monar-

19. chicum de Francisco Galliarum Rege ita disserit: *Animi † fortitudinem ei tribuunt, sed ad Monarchiam illa spectat, nobis autem inprimis est Aristocratia retinenda,* apud Sleid. *lib. 1. comm.*

20. *pag. 16.* ubi proculdubio † per Aristocratiam intellectum voluit temperamentum istud Ordinum, quo absoluta Cæsaris potestas veluti frenis sistitur ac retinaculis, quoque pura Monarchia Imperatori denegatur, prout vocabuli utriusque oppositio mani-

festum

festum reddit, quæ & ipsissima mens fuit Mauritii Electoris, apud eundem Sleidan. *lib. 24. histor.* Et Henrici Galliarum Regis *in Scripto Anno 1552: publicè divulgato* apud Frider. Hortled. *de bello German. lib. 5. cap. 3.* cujus etiam meminit Sleidan. *d. l. 24. pag. 699.* † Non tamen efficitur inde quo minus Invictissimum nostrum Imperatorem Monarcham verè appellemus ac veneremur: Nimirum, licet hodiernus Imperii status merè monarchicus haut sit, præeminet tamen † Monarchia & Majestas Imperatoris, ita ut titulus Monarchæ ipsi jure attribuatur, Gothofr. Anton. *in disp. Ant Vulteji de potest. Imper. & hodierno Imperii statu,* apud Goldast. *in polit. imper. part. 13.*

21.

22.

## QUÆSTIO IV.

## *Si primogenitus ante adeptum à Patre Electoratum natus sit: annè secundo vel tertio genito à Patre Electore prognato in successione præferatur?*

Cum multæ quondam & variæ maximè sæpè cum detrimento Imperii inter Principum Electorum filios & hæredes de successione ac divisione eorum exortæ dissensiones, simultates & æmulationes, ut liquet ex historicorum monumentis, Carolus noster malo huic duplici sanctione obviare voluit, nempè † ut indivisibiles ac inalienabiles sint Electoratus, & unus duntaxat modo, primogenitus scilicet in iis succedat, *h. t. 7. & 25.* ad instar reliquorum Principatuum & feudorum regalium, quæ divisioni subjecta haut sunt, † ex Constitutione Friderici I. Imperatoris cognomento Barbarossæ, latâ Roncaliæ in Comitiis Imperii generalibus cum consensu Principum Germaniæ, Galliæ & Italiæ, *anno Domini 1158 in cap. imperiale. §. præterea ducatus. de prohibit. feud alienat. per Frideric.* Melch. Goldast. *de majestat. lib. 2. cap. 15. n 2.* † quam Constitutionem licet ducentis & amplius annis antè publicationem *Aur. Bull.* promulgatam, quoad successionem tamen Ducatuum, Principatuum & Comitatuum, ad normam & præscriptum Aureæ Bullæ accipiendam ac interpretandam, docuerunt egregiè Cujac. *lib. 5. Feud. ad dict. Constit.* Frider. Angel de Fœnis, *in discurs. de vera Juliac. & Clivens. success.* Buxdorff *hic concl. 85. lit. b.* Arnis. *de Republ. l. 2. cap. 2 sect. 7. n. 23. & seqq.* Besold *disp. nomicopol. lib. 1. diss. 6. fol. 63.* Andr. Knich *de Saxon non prov. jur. verb: Electorum. cap. 2* quamvis † per consuetudinem Germaniæ postea fuerit ab hâc sanctione recessum, Matth. Wesemb.

*Tit. 7. & 25. A. B.*

1.

2.

3.

4.



semb.

semb. *conf. 41. n. 161.* Andr. Gail *lib. 2. obs. 153. n. 2.* non sine jacturâ familiarum illustrium, cum per divisionem provinciarum generis claritati haut parum detrahatur, Petr. Greg. Tholos. *lib. 7. cap. 5. de Republ. n. 2.* Corpus namque Principatûs perhibetur esse sphæricum, quod si divideretur, destructionem induceret, ex Lancellot. *lib. 1. cap. 2. § 1. quæst. 1. n. 15. in templ. omn. jud.* [illegible] *hic disc. 6. concl. 33.* Deferuntur ergò Feuda Electoratûs unà cum jure & dignitate Electorali, † secundum Jus primogenituræ, quod antiquissimum & apud omnes ferè gentes introductum, multis probat Gold. *in [illegible] lib. 2. & 3. passim.* Quin & à Deo institutum, ita quidem, ut regulariter secundo genitus primogenito nequeat præferri, *Deut. 21. vers. 15. 1. Reg. 21. v. 4.* † Accedente insuper æquitate, quæ ex utilitate desumpta privato semper cômodo est anteponenda, *l. actione. 65. § 5. ff. pro socio. l. jubemus. 10. C. de SS. Eccl. [illegible] C. de [illegible].* Nec habent hic fratres, † quod conquerantur, cum sua [illegible], quam diu vivunt, satis suppetant alimenta, Anton. Coler. *de jur. imp. [illegible] concl. 50.* usque adeò, ut aliorum affectione pater commotus testamento suo aliud disponere, ac jus successionis primogenito auferre prohibeatur, Molin. *de primogen. lib. 1. c. 8. n. 20.* † Non etenim immutari debent, quæ jure publico ad perpetuam imperii dignitatem sunt constituta, *can. quæ ad perpetuam. 25. q. 5.* Raud. *conf. 1. n. 29.* Vivius *[illegible] 245. n. 9.* Exemplum sane Frederici I. Electoris Brandeburgici, † qui præterito Johanne primo, Electoratum reliquit Friderico secundo genito, Naucl. *gener. 48. fol. 1064.* Peucer. *lib. 5. chron.* ambiguam primâ fronte hanc assertionem reddere videtur. Sed parum abest, si vel varioris modestiæ hoc dixerimus, vel idcò † valuisse, quod & primogenitus assenserit, consenseritque paternæ dispositioni, cum Nauclero *dict. loco.* Andr. Knich. *dict. verb. Electorum cap. 3. n. 12.* Quid verò si primogenitus sit natus antequam Pater successerit in Electoratu, secundo vel tertiogenitus autem à Patre Electore fuerit procreatus? Nec [illegible] primogenitum à successione excludi, firmam ponunt conclusionem JCti & Politici, Knich. *dict. cap. [illegible] n. 50.* Jac. Menoch. *conf. 277. n. [illegible]* ubi viginti [illegible] recenset Dd. sic statuentes. Tholosan *lib. 7. de Republ. cap. [illegible].* Bodin. *lib. [illegible] de Republ. cap. 5.* Hotom. *ill. quæst. 2.* Andr. Tiraq. *de jure primogenit. quæst. [illegible]* & *27.* Förster. *gen. lib. 4. de success. ab intest. cap. ult. n. 36.* Coler. *dict. loc. [illegible]* Thom. Michael *de jurisd. concl. 132.* Joh. Wolfg. Hiller *in dissert. ad cap. 7. Aureæ Bullæ th. 15.* † Quemadmodum enim successio in bonis paternis [illegible] metienda ex tempore mortis, non habitâ ratione acquisitionis, ita nec in Electoratu momentum adeptionis attendi debet, Tholos. *dicto [illegible].* Et si [illegible] [illegible] juris civilis assensio hæc firmanda esset, † neque quâ [illegible] [illegible] uteremur, si inspiceremus *l. Senatoris 5. ff. de Senator. [illegible] 22. § [illegible]*

*ff. [illegible]*

ff. ad municip. l. qui ad tempus. 2. §. in filiis decurionum. 2. ff. de decur. & fil. eor. l. cum advocati. C. de advocat. l. moris. 9. § parentes. ff. de pœn. Ex consuetudine porrò, si decisionem capere velis, age, † successit Henrico aucupi Otto, qui natus erat ante adeptam à patre dignitatem, Abbas Stadens. circa ann. 935. fol. 114. Krantz lib. 3. cap. 11. cui tamen frater bellum movit, eò quod putaret Imperium ad se spectare, quasi nobiliore Parente sit natus, Paul. Æmilius lib. 3 fol. 59. Knich. dict. loc. num. 59. alia referunt exempla Hottom. & Coler. loco citat. Sed quid opus horum cumulatione, † postquam in Electoratu Saxoniæ hanc decisionem novimus receptam: Ita namq; Christianus II. Elector piæ memoriæ, natus licet Anno Christi 1583. vivente adhuc Avo Augusto Electore, quo tempore, Parens Christianus I. Electoriâ dignitate nondum fulgebat, successit tamen post obitum D. Parentis in Electoratu, Dominis fratribus exclusis, † ut maximè tertiogenitus Augustus p. m. Anno 1589. à Patre Electore prognatus esset. † Nimirum semper primogenitus est filius Electoris, quantumvis ex Electore non natus. l. 11. c. de dignit.

15.

16.

17.

18.

## QUÆSTIO V.

### Quamdiu filius Electoris primogenitus impubes sit sub tutela, & num eâ finitâ, cum dignitate Electorali simul administratio Principatuum ac Ducatuum ipsi restituenda?

Tit. 7. A. B.

Quid verò si parens Elector moriatur, relictô primogenitô impubere & minore? Nec hanc quæstionem reliquit indecisam Carolus noster, Patruo Seniori ac proximiori Agnato tutelam deferens, h. t. 5. vers. Da sichs begibt/ daß ein Churfürst etc. usque † dum filius ad legitimam perveniret ætatem, quam hoc casu octodecim annis definitam voluit, h. t. 7. verb. Welche wir in einem Churfürsten auff achtzehen vollkömliche Jahr gesetzt/ † in cujus rei causam exactius inquirere, sublevat nos sanctio expressa, cui sine disputationis momento standum erit. † Ad Corporis enim & ætatis confirmationem, vel bonam educationem & adsistentiam Consiliariorum, Imperatorem Carolum respexisse, credibile vix est, cum in aliis quoq; Principibus eadem verè obtineat ratio; † Forsan propter tranquillitatem Electoratus, utq; ab ipso administretur Electore, constrictior ætatis legitimæ terminus placuerit. At hoc sicco haut prætereundum videtur pede, † quod anni octodecim requirantur cōpleti ad legitimam Electoris ætatem, uti probat vocula (vollkömlich) Quo jure † itaq; Marquard. Freher. de Tutel. elect. fol. 27. & Andr. Knich. in Comm. de Sax. non provoc. Jur. verb. Electorum. c. 5. num. annum inceptum, vel etiam mox complendum sufficere existimaverint, animadvertere non possumus. Expleto autem hoc anno Tutor jus, vocem

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

&

8. & potestatem, omniaque ab ipsis dependentia † totaliter primogenito restituere tenetur, *h. t. 7. vers.* Welcher so er es also erreichet hat / sol der Vormünd ihme das Recht / Stimm und Gewalt / und alles was dem anhänget / gäntzlich und ohne Verzug sampt dem Ampt übergeben. Quis † ergò dubitaverit, unà cum voto, jure, ac dignitate Electorali, Principatus quoque & Ducatus, omniaque territoria ipsi restituenda fore, *Arum. dic. concl. 14.* Rumelin. *th. 9.* Hiller. *th. 38.* Veremur sanè, si aliud diceretur,

9. 

10. † eum qui ad eligendum Regem, Imperatorem, per ætatem pro idoneo habitus, qui in partem sollicitudinis Imperialis vocatur, & in omnibus Imperii Comitiis inter Summos illos Proceres, Electores consedens ad gravissimas deliberationes totum Imperium concernentes admittitur, non sine injuriâ à propriis provinciis administrandis, rebusque suis gerendis arceri.

11. Factum † hinc, ut cum Ludovicus Palatinus Elector 18. annum explevisset, Patruus Otto, Dux Palatinus tutor, ei & Electoratum & Palatinum restituerit, Marquard. Freher. *in assert. pro gubern. Frider. IV. Comit. Palatin. fol. 29.* Anton. Coler. *de jur. Imper. German. concl. 11.* Hiller. *dict. loc.*

12. † Idemque observatum novissimè à Friderico Wilhelmo Administratore in Domo Saxonicâ, cum Christianus II. Elector piententissimæ recordationis annos legitimos complevisset, Arum. *loc. alleg.*

13. Objiciunt nihilominus quidam † Bullam Sigismundi Imper. quæ in Principatibus & Ducatibus eam attendi jubet ætatem, quæ à Romanorum Impp. est definita, nempe 25. annorum, apud Freher. *dict. assert.* & Goldast. *tom. 1. const. imper. fol. 145.*

14. Sed frustra, † quia de Principatibus & Ducatibus aliis loquitur Sigismundus Imperator, non de illis, qui cum Electoratu individuo nexu junguntur: nec de illis, qui ab Electoris primogenito (quem anno 18. in legitima ætate constituit, & sic vere majorennem ipsemet declarat) sed ab aliis, qui Electores haut sunt, possidentur.

15. Hoc ergò probat, † si quidquam probat Bulla Sigismundi, reliquos Principes & Duces, qui Electores non sunt, anno 18. non liberari à tutela, sed expectandum fore iis annum 25. quod & verissimum est, Hiller. *dict. loc. th. 39.*

16. † licet aliter senserit Ernestus Cothmann. *vol. 1. Respons. 44. num. 51.* quem tamen restrictionis fœdere tuetur Rumel. *hic th. 10. contra Arum. conclus. 15.* ipsum propterea reprehendentem.

*Soli Deo Gloria.*

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Quinta,

De

## *Modis feudum constituendi: Conventione & Successione feudali.*

RESPONDENTE

JOHANNE GASPARO CURIONE, Dresdensi.

*POSITIO I.*

ACcidit quandoque, ut modus constituendi & modus adquirendi in uno eodemque negotio concurrant, ita, ut actus qui re ipsâ unus idemque est, sit ratione diversâ, modus constituendi & modus acquirendi, prout in mutuo demonstrat Hermannus Vultejus *in discept. scholast. cap. 16.* Interim tamen modos constituendi à modis adquirendi plurimùm differre expeditum habetur, & perspicuè probatur à Justiniano, qui Servitutes prædiorum, ut & Usumfructum constitui ait pactionibus & stipulationibus, *§. 1. Inst. de Usufr. §. fin inst. de servit. prædior.* quibus tamen servitutes adquiri disertè negatur *in l. 3. ff. de O. & A l. 20. C. de pact.* Vult. *dict. loco & ad princip. inst. de obligat.* Donell. *4. comm. 16.* Anton. Fab. *in Ration. ad l. 45. ff. de pact.*

*II.*

Accuratè itaque & constitutio feudi ab ejus adquisitione, modi constituendi à modis adquirendi discerni ac distingui debent, *arg. rubr. tit. 25. lib 1. F. & tit. 33. lib 2. F.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7. num 1. & 2.* Schneidvvin. *in Epit. feud. p 4. num. 1.* Wesembec. *in comm. feudal. cap. 6 in princ.* Anton. Cont. *in methodo feudal. cap. 7.* Non ita, ut modi adquirendi præcedant, sed ut præcedat Constitùtio, sequatur Adquisitio: Cùm prius sit ut aliquid constituatur, quàm ut constitutum adquiratur, *arg. dict. § 1. de*

P *Usu-*

*Usufr.* & § *fin. Inst. de servit. prædior.* Quare & nos, priusquam ad modos adquirendi perveniamus, de modis, quibus feudum constituitur agemus, Hunn. *disp. feud. 6. th. 2. & 3.*

III.

Horum autem duo sunt: Conventio & Successio. Conventio, quâ id agitur ut feudum sit, prout è Cujacio refert Vult. *dict. cap. 7. num. 7.* stipulatione solenni, aut nuda & simplici promissione, § .4 *inst. de servit. prædior* § .1. *Inst. de usufr.* Stipulatione constituitur feudum præcedente interrogatione ac subsequente responsione, quo facto constituens ad præstandum id, quod promisit, actione ex stipulatu cogi potest, Rosenthal. *de feud. cap 6. concl. 5.* Wesembec. *de feud. cap. 1. num. 11. & cap 6 num. 2.* Vult. *de feud. cap. 7. num. 14.* Mozz. *de subst. feud. num. 38* Jacobin. de S. Georg. *in verbo investivi talem num. 8.* Jacob. de Belvisio *de his qui feud. dar. possunt.*

IV.

Idemque dicendum, si per venditionem feudum sit constitutum, quanquam Emtio Venditio non sit modus constituendi feudum proprium, sed improprium *arg. tit. 23. in fin. lib. 2. F.* Rosenthal. *de feud. cap. 2. concl. 61. num. 1.* Zas. *in Epit feud. part. 12.* Schrader. *de feud. p. 2. cap. 4. n. 56.* Schenck. Baro *ad tit. 23. lib. 2. F.* Vide *disput. 2. th. 47.* Ut & permutatio, cùm beneficium dici non possit feudum, quod ex permutatione ad aliquem pervenit.

V.

Nudâ & simplici conventione feudum constituitur, quando inter duos agitur, ut unus rem immobilem alteri utendam fruendam in perpetuum concedat, accipiens verò vicissim pro hoc beneficio servitia & fidelitatem præstet, *arg. tit. 23. lib. 2. F.* Quæ conventio feudalis in certum contractum non transit, sed in terminis nudi pacti subsistit, cùm causâ sive negotio destituatur, neque etiam proprium ac speciale nomen contractus adsumat, quæ tamen duo definitionem ejus ingrediuntur, *l. 7. § 2 ff. de pact.* ubi Anton. Fab. *in Rational.* Vult. *de feud. l. 1. cap. 7. n. 13.* Niell. *disp. feud. 4. th. 1.*

VI.

Pactum hoc feudale legitimum esse, id est, tale quod Lege ali-

quâ

quâ vel SCto aut Principis constitutione ad hoc sit confirmatum, ut actionem producat, prout legitimum pactum describit Paulus *in l.6.ff de pact.* tradunt Rosenthal *de feud. cap.6. concl.5.* Duar. *de feud. cap.18. n.2.* Vult. *de feud. l.1. cap.10. n.9.* Zas. *in Epit. feud. n.12.41.* Rectiùs tamen existimant Jacobin. de S. Georg. *in verbo investivi talem num. 8.* Mozz. *de subst ant. feud. num.38.* Schrad. *de feud. part.5. cap.1. n.9.* legitimum id pactum non esse, siquidem nullâ scriptâ lege vel consuetudine ad actionem producendam confirmatum usquam reperitur.

*VII.*

Alter modus feudum constituendi est Successio: Etsi enim feudum de novo non videatur per successionem constitui, sed potiùs jam ab initio constitutum conservari, prout Schneidvvin. monet *in Epit feud part.6. in princip.* respectu tamen hujus, cui successio defertur, rectè dicitur modus constituendi: Quæ sententia etsi plerisque FF. displiceat, qui successionem faciunt modum adquirendi, verissima tamen est, & juri feudali consentanea, *arg tit.52. in fin tit.55. §. præterea si quis. lib.2.F.* Hunn. *disp. feud.6.th.12.* Diss. Schneidvvin. *dict. part.6. num.1.* Vult. *lib.1. cap. 9. n 23.* Sonsbec. *de feud. part.9. n.1.* Anton. Cont. *cap.7.* Borch. *de feud. cap.7. n.1.*

*VIII.*

Successionis autem duo sunt genera, ex testamento & ab intestato, *pr. inst. de her. quæ ab intest. defer. l.1. ff de suis & legit. l.39. ff. de acquir. heredit.* Forst. *in tract. de success. lib.1. cap.7. & 8.* Donell. *6. comm 3.* Utrumque receptum & usitatum est in bonis allodialibus, de quibus testari ac disponere unicuique licet, *l.1. C. de SS. Ecclesiis. l. in re mandatâ. C. mandati.* Verùm, in feudis Successio testamentaria nullum sibi vendicat locum, prout scribit Feudista *in tit.8. lib.1.F.* ubi pro regulâ tradit: Quod nulla ordinatio defuncti in feudo manere ac valere debeat. Vid. Hotom. & Petrum Ravenn. *ad dict. tit 8. lib.1. F.* & ibidem Schenck Baro à Tautenberg Zas. *in Epit. feud p.8. num.6.* Bocer. *in tract. de success. feud. cap.1. quæst.1.* Alvarott. *ad dict. tit. 8. in princ. num. 1. lib.1. F.*

IX.

Cujus rei ratio haud est obscura: Nam cùm omnis alienatio feudi constitutionibus Impp. Lotharii & Friderici sit prohibita, *tit.52. & 55. lib.2. F.* dispositio autem testamentaria pro alienatione habeatur, *l. si quis priorum. §. certum C. de secund. nupt.* contra illam sanè prohibitionem faceret Vasallus, si de feudo testaretur: Siquidem & de illis demum alicui testandi licentia conceditur, quæ ad heredem non aliunde, quàm ab ipso testatore perveniunt, *l. 14. ff. ad l. falcid. l. 22. ff. de adopt. l. sed et si 6 § 1. ff. de leg. 3.* Feudum autem non à defuncto, sed à primo concedente & adquirente ad heredes devolvitur, *arg. tit. 23. lib. 2. F. tit. 14. § si capitanei, lib. 1. F.* Hotom. *ad dict. tit. 8. lib. 1. F.*

X.

Accedit insuper, quòd ita saltem liceat testari, ne tertio alicui præjudicetur, aut jus ipsi quæsitum auferatur, *l. 11. ff. de Reg. jur.* At verò, si fas esset Vasallo in testamento de feudo disponere, utique præjudicaret Seniori, cui etiam invito forsitan Vasallum minùs idoneum obtruderet, adeoque ipsum suo jure privaret: Præjudicaret etiam proximis agnatis, quibus jam antea à primo concedente & adquirente jus in feudo quæsitum hac ratione auferretur. Vult. *de feud. lib. 1. cap. 9. n. 73.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 2.* Schrad. *part. 7. cap. 2.*

XI.

Ab hac tamen Feudistæ regulâ generali excipitur feudum Hereditarium, de hoc enim quin testator possit disponere, dubium non est, Vult. *lib. 1. de feud. cap. 9. n. 74.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 6.* Curt. Junior *de feud. part. 4 num. 132.* Jacob. de S. Georg. *in verbo: & cum pacto quod de ipso feudo.* Hartm. Pistor. *quæst. 1. n. 57.* Gail. *2. observat. 154. n. 9. & seqq.*

XII.

Quo unico excepto, vera & universalis manet Regula, quod nulla Vasalli de feudo ordinatio aut dispositio valeat, *dict. tit. 8. lib. 1. F.* Adeoq; nec de feudo Franco poterit Vasallus testari: Hoc enim feudum, etsi à rectâ feudorum naturâ in eo degeneret, quod à servitiis sit liberum, in cæteris tamen omnibus naturam feudi propriam retinere intelligitur, *tit. 48. lib. 2. F.* Borch.

cap.

*cap.7. tit. de success. num. 6. in fin.* Henricus à Rosenthal. *de feud. cap.7.concl.2.num.6.* Sonsbec. *de feud part.4.num.32.* Schrad.*part. 7.cap.2.num.41.* Zasius *in Epitom.feud part.fin.n.37.* Disſ. Schenck Baro à Tautenberg *ad tit 8.num.9. lib.1. F.* Jacobin. de S. Georg. *in dict. verb. Et cum pacto quod de ipso feudo. num.15. in fin.* Curt. Jun. *de feud.part.1 quaest.8.num.29.* Schneidvvin. *in Epitom.feud. part.1. num.55.*

XIII.

Et hoc adeò verum eſt, ut quamvis Princeps ordinationem defuncti de feudo valere jubeat, nihilo tamen magis in præjudicium Senioris & proximorum agnatorum ſubſiſtat, cùm nec Princeps ex plenitudine poteſtatis jus quæſitum alteri auferre queat, niſi poſtulet utilitas Reipublicæ, juſtumque Domino refundatur pretium, *l.13. §.1.ff.comm.prædior.l.2. C.pro quib. cauſ.servi pro præmio, tit.7 in pr.lib.1.F.* Vult. *lib.1.cap.9 n.83.* Geil. *2. obs. 56.n.8.* Vide, quæ dicta ſunt *Diſput.3.th.6.& 7.*

XIV.

Quòd ſi Dominus feudi conſentiat in ordinationem Vaſalli teſtamentariam, idem videtur aſſerendum, niſi & proximi Agnati, de qvorum itidem præjudicio agitur, conſentiant, aut eam ratam habuerint, ut quibus nec Senior præjudicare, aut jus ipſis beneficio primi adquirentis quæſitum auferre valet, *tit.13. lib.1 F. tit.55.lib.2 F.* Curt. Jun. *de feud. part.4. num. 127. & ſeq.* Schneidvvin. *in Epit feud.part.6.num.5.* Hotom. *ad dict.tit.8.lib.1.F.*

XV.

Et quamvis aliàs Eccleſiæ atque piarum cauſarum ſummus ſit favor, in tantum, ut etiam plurima privilegia à Principibus illis ſint indulta, *l.generali. l.illud. C de SS. Eccleſiis.* attamen quia Eccleſia cultrix atque auctrix eſt Juſtitiæ, & non patitur contra juſtitiam aliquid fieri in ſe vel in alterum, *tit.13.lib.1. F.* Vaſallus de feudo non poteſt quidquam ad Animæ ſalutem, ad pias cauſas vel Eccleſiæ legare, *per text. in tit.9. §. donare, lib 2. F.* Magis enim præjudicaretur per id Seniori, cùm feudum Eccleſiæ ſemel incorporatum, nunquam ferè ad Dominum revertatur, Vult. *lib.1. de feud. cap.9. num.71* Roſenthal. *de feud. cap.7. concl.2. num.7.* Schenck Baro *ad dict. tit.9 §. donare, num.3. & ſeq.*

 *lib.2.*

*lib.2.F.* Rittersh, *in part. feud. lib.1. cap.12. quæst.4.* Curt. Jun. *de feud. part.4. n.125.* Jacob. de Belviso *ad dict. tit.9. §. donare lib.2.F. ac ibidem* Alvarott. & Matth. de Afflictis; Jacob. de S. Georg. *in verb. Et cum pacto quod de ipso feudo, n.6.* Schrad. *de feud. part.1. cap.2, n.4.*

XVI.

Prædicta porrò Regula non saltem tunc obtinet, quando inter extraneos, verum etiam inter ipsos filios, ad quos beneficium ratione successionis pertinet, Vasallus de feudo disponit, eò quòd omnis indifferenter ordinatio defuncti in feudo reprobetur, *dict. tit.8 lib.1 F.* hacque ratione non minùs filiis quam Agnatis præjudicetur: Proinde licet pater expresse in testamento disposuerit, ut in feudum liberi inæqualiter succedant, dispositio tamen nulla erit, *tit.8. lib.1 F.* Rosenth. *de feud. cap.7. concl.3.* Zas. *in epit. feud. part. 8. num. 60.* Borch. *de feud. cap.7 tit. de success. num.4.*

XVII.

Parili ratione efficitur, ut pater uni ex filiis feudum non possit adsignare, etiamsi Dominus feudi consentiat, *per dict. tit.8. lib.1.F.* Rosenthal. *in dict. concl.3. num.4* Videat. Schneidwin. *in Epit feudal. part.6 tit. de success. ex testam n.14.* Curt. Jun. *de feud. p.4. num.131.* Jacob. de S. Georg. *in dict. verbo. Et cum pacto quod de ipso feudo. num.13.* Zas. *d. l. part.8. n.60.* Sonsbec. *de feud. part. 13 n.161. & seq.*

XVIII.

Quæritur hinc: Utrum ejusmodi legatum adeo sit invalidum, ut ne quidem æstimationem feudi heres legatario præstare cogatur? quod communiter FF. affirmant, Vult. *lib 1. de feud. cap. 9 num.32.* Schenck Baro *ad tit.9 §. donare num 5. lib 2 F. ac ibidem* Alvarott. & Matth. de Afflictis. Curt. Jun. *part 4. num 126.* Rosenthal. *de feud. cap 7 concl.3 num. 10* Johan Ruding *lib.1. var. lect. feudal. cap 31.* Rittershus. *lib.1. part feud. cap.12 quæst.7.* Jacob. de S. Georg. *in verbo Et cum pacto &c. num 6.* Sonsbec. *de feud part. 12, num.88.* Heigius *ad §. non solum autem testatoris. 4. num 18 & seqq. Instit. de legat.* Veruntamen contraria sententia nobis probabilior videtur, & melioribus fundamentis sustinetur, *arg. l.114.*

*l.114. § 5 ff. de legat. 1 §. non solùm 4. Instit. de legat.* Vid. etiam Donell. *ad l. multùm interest. 34. ff. de V.O.* Hunn. *disput. feud. 6. th. 18.* Diss. aliter Marinus Freccia *de feud. lib. 3. diff. 12. pag. 332.*

XIX.

Sola itaque Successio ab intestato in feudis sibi vendicat locum: Licet enim Vasallus non habeat de feudo disponendi facultatem, adeoque ratione feudi non possit testatus decedere, attamen non impropriè intestati decedunt & illi, quibus ob causam, testamenti factio adempta est, *l. 17. § fin ff de adquir. vel amitt. hered. l. 14 §. fin ff ad l falcid.* Goedd. *ad l. 64. n. 4. ff. de V.S.* Forst. *in tract. de successs. l. 3. cap. 4.*

XX.

Hujus autem successionis licet jure civili tres sint gradus & ordines: Descendentium, Ascendentium, Collateralium, *Novell. 118.* Usibus tamen feudorum Ascendentes à successione feudi removentur per sanctionem *tit. 50. lib. 2. F.* ubi in hæc verba scribit Feudista: Successionis feudi talis est natura, quòd Ascendentes non succedant, verbi gratiâ, Pater filio: Neque hoc absurdum aut iniqvum habetur, cùm & rationem diversam successionis Ascendentium & Descendentium leges nostræ civiles agnoscant; ita enim JCtus Papinianus *in l. 15. ff de inoff. testam.* ait: Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas. Parentes enim ad bona liberorum ratio solummodò commiserationis admittit, Liberos autem naturæ simul & parentum commune votum. Vult. *cap. 9. num. 101.* Hartm. Hartmanni ab Eppingen *lib. 2. pract. observat. tit. de feud. 54. obs. 47.* Johann. Baptista Caccialup. *de feud. cognat. pag. mihi. 105. num. 1.* Rittersh. *in part. feud. lib. 1. cap. 12. quæst. 9.* Sonsb. *de feud. part. 9. num. 45.* Borch. *de feud. cap. 7. tit. de successs. n. 9.*

XXI.

Et hoc omnes de Novo feudo concedunt: De feudo autem paterno sive antiquo non omnium una est sententia: Quidem enim in hoc feudum patrem regulariter succedere filio, asserere dubitant nihil; quos refert & sequitur Henricus à Rosenthal *de feud. cap. 7. concl. 14. num. 11.* Quorum tamen opinio nequaquam admittenda propter generalem juris feudalis prohibitionem,

*tit.*

tit.50 lib.2. F. Schrader de feud. part.7. cap.6. num.2. Zobus in Epit feud. part.8.n.2. Hartm. Hartmanni ab Eppingen, dict.tit.54. de feud. obser.46. Mozz. in tract.feud.tit. de subst.feud.num.74. Mynsing. cent.3.obs.93. Exclusas tamen haud velim quasdam limitationes, traditas à Bocer. in tract.de success. feud.cap.4.quæst.1.& 2.

XXII.

Remotis igitur Ascendentibus, soli Descendentes & Collaterales succedunt: Primo autem loco vocantur Descendentes, id est, liberi defuncti Vasalli, perinde ut de jure communi in Allodiis hi primum obtinent locum. tit.11. lib.2. F. ibidem Cujacius, Matth. de Afflictis & Schenck Baro. tit.1.§.1. lib.1 F. Borch. in tractat.feud. cap.7 tit. de success. num.10. Rittersh. in part.feud. lib.1 cap.12.quæst.1.

XXIII.

Quòd si plures sint defuncti Vasalli successores, omnes simul admittuntur, sic tamen, ut si universi ejusdem sint gradus, succedant in capita atque partes æquales, uti expressè cautum in tit.8. lib.1 F. ubi Schenck Baro num.1. Excipiuntur tamen feuda Regalia, quæ inter plures successores non dividuntur, sed ad unum saltem ex pluribus transeunt, ex constitutione Friderici Impp. in tit.55.§.1. lib.2.F. Veluti quoque & Imp. Carolus IV. Electoralem dignitatem voluit esse individuam, & jus primogenituræ in eâ locum habere, Aureâ Bullâ rubr. Von der Ertzbischoffen Segen. §. Wiewol auch. Vult. de feud. lib.1.cap.8.n.36. Hartm. Hartmanni 2 tit. de feud. obs.19.n.4. Gail. 2.obs.153.n.2.

XXIV.

Si verò diversorum graduum liberi concurrant, filii nempe & Nepotes ex filio prædefuncto, omnes conjunctim succedunt, sed in stirpes & partes inæquales, ita ut licet Nepotum plures sint, non tamen plus consequantur, quàm unus ex filiis, quia non proprio jure, neque ex suâ personâ, sed jure repræsentationis atque ex personâ defuncti patris ad successionem admittuntur, tit.8. lib.1 F. ubi Jacob. Alvarott. & Matth. de Afflictis tit.11. lib.2.F. Duar. de feud. cap.11.n.5. Rittersh. in part.feud. lib.1.cap.15.quæst.4. Borch. de feud. cap.7. tit. de success. n.46.

25. Suc-

## *XXV.*

Succedunt autem in feudis liberi tàm emancipati quàm sui; quamvis enim nulla specialis fiat Emancipatorum in jure feudali mentio, sufficit tamen generaliter & sine ullâ differentiâ filios ad feuda vocari, *tit.1. & 8. lib.1.F. tit.11. lib.2.F.* maximè cùm in successione hodiernâ Suorum & Emancipatorum par eademque sit conditio, *Novell.118. cap.1.* Rosenthal. *de feud.cap.7. concl.16.n.1.* Duar. *de feud. cap.11. num.3.* Rittersh. *in part feudal. lib.1.cap.15. quæst.1.* Wesembec. *de feud cap 6.n.9.* Borch. *in tract.feud. c.7.tit. de success.n.15.* Zas. *in Epit.feud.part.8.n.4.*

## *XXVI.*

Nec refert quicquam, liberi in testamento patris instituti sint an exheredati: Quod de injustâ & iniquâ exheredatione facilè largiuntur omnes; Cùm enim hæc liberos exheredatos ne quidem ab allodialibus bonis, de quibus parenti jus est disponendi, excludat, *Novell. 115. cap.3.* Multò minùs eos removere poterit à feudalibus bonis, de quibus nulla valet defuncti ordinatio, ut multoties dictum: De exheredatione verò justâ, magna & difficilis est disceptatio inter Interpretes juris feudistici, anne per illam filius à feudo excludatur? Sed idem hoc casu nobis asserendum videtur, quod de injustâ exheredatione, *arg tit.8 lib.1 F.* Vult. *de feud.lib.1.cap.9.num.96.* Rosenthal. *de feud.cap.7 concl 10. num.8.* Sonsbec. *de feud.part.9. n.61.* Bocer. *in tract de success feud. cap 3.quæst.11.* Diss. Duar. *in comm feudal. cap. 11. num 4.* Zas. *in Epit.feud. part.8. n.8.* Quod non solùm de feudo antiquo, sed novo etiam exaudiri volumus. Bocer. *dict. cap.3.quæst.12.*

## *XXVII.*

Quod de exheredato jam diximus, illud etiam ad abstinentem porrigendum est, ita, ut quamvis filius patris hereditatem repudiaverit, aut eâ se abstinuerit, nihilominus in feudum succedere possit, Pinell. *in l. 1. C.de bon. matern.part.3. num.85.* Gail, *2. obs.154.* Diss. Rosenth. *cap.7.concl.20.21 & 22.* Schenck Baro à Tautenberg, *in tit.45.lib.2.F.* Rittersh. *in part.feudal. lib.1.cap.15.quæst. 15.* Zas. *in Epit feud part.8.n.15. & seq.*

## *XXVIII.*

Quod utrumque tamen fallit in feudo hereditario; Hoc enim

Q cùm

cùm per omnia jure sanguinis veniat, atque in id jure hereditario succedatur, dubium est nullum, quin ad illud quoque exheredatio patris sese extendat, idque filius cum hereditate simul repudiet, *arg.tit.45 lib.2.F.* Rosenth.*dict.loco.*

XXIX.

Filii porrò ad feudi successionem non aliter admittuntur, quàm si ex sanguine primi adquirentis descendant, *tit.13.§.et si clientulus, lib 1.F.* Proinde filii Adoptivi in feudum non succedunt, ne in arbitrio Vasalli sit, per commentitios ac fictitios liberos Dominum vel Agnatos jure suo privare, *tit.26.§.adoptivus.lib.2.F.* Neque cum Sonsbec. *part.9.n.63.* distinguimus inter adoptatos post feudum paternum à patre adquisitum, & adoptatos ante feudum acquisitum, cum textus feudalis generaliter loquatur, & absque omni distinctione filium adoptivum à successione removeat, *dict.tit.26.§ adoptivus. lib.2.F.* ubi Cujac. Schenck Baro & Matth.de Afflictis, Vult. *dict cap 9.n.90* Zas. *in Epit.feud part.8. num.14* Rittersh. *in part feud.lib.1.cap.13.quæst.4 & seqq.* Wesembec. *de feud.cap.6.num.13.*

XXX.

Si verò in primâ investiturâ expressè fuerit dictum, Adoptivos non minus quàm justis ex nuptiis procreatos admitti debere: Aut verò illi omnes, de quorum præjudicio agitur, consenserint, dubium planè nullum est, quin adoptati succedant, *arg.l. pen. C.de pact.* Vult. *dict cap.9.num.90. in fin.* Wesemb. *dict.cap.6. n.13.* Sonsb. *de feud.part.9.n.63.* Schneidvv. *in Epit. feud.part.6. de success descend. n.21.*

XXXI.

Diximus filios non nisi ex sanguine primi adquirentis descendentes succedere, quod verum est, si legitimè sint nati: Illegitimè enim natis ac naturalibus ad feuda adspirare non licet, propterea, quòd Domino & paribus Curiæ parum sit futurum honoris, si in suo consortio & sodalitio habeant homines natalibus maculatos, Matth. de Afflictis *ad tit. 26 §. naturales lib.2.F.* & ibidem Schenck Baro. Vult. *de feud.lib.1 cap.9.n.91.* Et hoc, quantumvis per legitimationem fuerint legitimi effecti, quâ de re hujusmodi regulam tradit Feudista *in tit.26.§.naturales. lib.2.F.* Natura-

turales filii, licet postea fiant legitimi, ad successionem feudi nec soli, nec cum aliis admittuntur. Vult. *dict. cap. 9. n. 92.*

XXXII.

Qui textus ceu generalis omnes cujuscunque generis legitimatos à successione feudi excludit: Proinde si legitimati sint liberi per oblationem curiæ, etiamsi post oblationem factam pater in feudum successerit, nihilominus à feudo repelluntur, nisi novum sit feudum, quod post legitimationem ad patrem pervenit, & Dominus probetur feudum concessisse etiam pro filiis legitimatis, *dict. tit. 26. §. naturales. lib. 2 F.* Vult. *dict. cap. 9 num. 93. vers. legitimationis per oblationem Curiæ.* Rittersh. *in part feudal. lib. 1. cap. 13. quæst. 3.* Vide Borch. *de feud. cap. 7. tit. de success. n. 53.* Sonsb. *de feud. part 9. n. 66.*

XXXIII.

Idemque de legitimatis per Principis rescriptum asserere licet, etiamsi ad hoc, ut in feudis succederent, expressè fuerint à Principe legitimati, nisi Dominus & Agnati in legitimationē consenserint, *dict. §. naturales. arg. tit. 4. in princ. tit. 13. lib. 1. F. l. 7. C. de precib. Imper. offer. l. 2. C. pro quib. caus. Serv. pro præm. l. 13. §. 1. ff. comm. præd.* Vult. *dict. cap. 9. num. 93.* Heig. *in comm. tit. inst. de legit. success. cap. 5. num. 179.* Fach. *7. contr. 49.* Wesemb. *de feud. cap. 6. n. 12.* Diss. Borch. *de feud. cap 2 tit. de success. n. 54.* Gail. *2. obs 142. n. 13.* Schenck. Baro *ad dict. §. naturales, n. 7.* & ibid. Alvarott. atque Jacob. de Belviso.

XXXIV.

Et hoc in legitimatis per oblationem Curiæ & per rescriptum Principis FF. faciliùs admittunt: De eo autem dubitant, Anne etiam legitimati per subsequens matrimonium à successione feudi excludantur? Quod nos generalitate textus *in dict. tit. 26. § naturales,* moti affirmare haud veremur, Herm. Vult. *de feud. lib 1, cap. 9 num. 93.* Rittersh. *in part feud. dict. cap. 13. quæst. 3.* Diss. Borch. *de feud. cap. 7. tit. de success. n. 19.* Duar. *cap 11. num 7.* Sonsbec. *de feud part. 9 n 21.* Ruding. *lib. 1. var lect feud. cap. 16.* Bocer. *in tract. de success. feud. cap 3. quæst 2.* Schenck Baro *in dict. §. naturales. n. 8. & seqq.* Gail. *2. obs. 141. n. 2. & FF. comm.*

XXXV.

A feudi porrò ſucceſſione removentur Deſcendentes fœminini ſexus, *tit 8. § filia. tit.1. §.3. lib.1 F. tit 36. & tit.50. lib.2. F.* Clerici, *tit.21.30.&36.lib.2..F.* Surdi, Muti, *dict.tit.36. lib.2.F.*& alii ad ſervitia Domino feudi præſtanda inepti, de quibus (quia impedimenta hæc deſcendentibus & collateralibus ſunt communia) poſtea agemus.

XXXVI.

Deficientibus autem Deſcendentibus, ſuccedunt Collaterales, id quod perſpicuis verbis expreſſit JCtus Feudiſta *in tit.11. lib. 2.F.* quando ait: His verò deficientibus, vocantur primò fratres cum fratrum præmortuorum filiis, deinde Agnati ulteriores. Et quamvis Hoto m. *in diſp feud. cap.18. & ſeq.* exiſtimet Collateralium nullam eſſe ſucceſſionem in feudis, ſed cùm Agnatus ad feudum vocatur, tanquam unum ex liberis primi adquirentis admitti, attamen cùm textus juris feudalis conſtanter dicant, Agnatos Vaſallo ſuccedere, rectè hoc nomine reprehenditur à Conrado Rittersh. *in part feudal lib.1 cap.16. quæſt.1.*

XXXVII.

Et licet Agnati hereditatem defuncti repudient, nihilominus tamen ad hereditatem admittuntur, ſcilicet ſi ſit feudum ex pacto & providentiâ, ſecus autem quando eſt feudum hereditarium, *arg. tit. 45. lib 2 F.* Vide Roſenthal. *de feudis, cap.7. concl 20. 21. & 22.* Zaſ. *in Epit. feud. part. 8. num 15. & ſeq* Schenck Baro. *in tit.45 lib 2. F.* & ibidem Jacob. Alvarott. Covarr. *var. reſolut. lib. 2.cap.18.n.4.*

XXXIX.

Porrò in ſucceſſione Collateralium ſive Agnatorum primum locum ſibi vendicant Fratres, *dict.tit.11.lib.2.F.* Non ſolùm Germani, id eſt, utroqae parente ſanguine juncti, ſed etiam conſanguinei, ſive ex ſolo patre conjuncti, qui ſimul ſuccedunt, nec ulla quantum ad ſucceſsionem feudalem inter illos eſt differentia. Vult. *de feud. lib.1. cap.9. n.108.* Rittersh. *in part feud. lib.1 cap.16. quæſt.5* Duar. *de feud. cap.11. num.13.* Zaſ. *in Epit. feud part.8. n 87.* Borch. *de feud cap 7. tit. de ſucceſſ. n.80.* Alvarott. *ad tit.11. lib.2 F. n.3.* & ibid. Matth. de Afflictis, *n. 14.*

40. Cum

XXXIX.

Cum fratribus autem concurrunt & fratrum prædefunctorum liberi, qui cum patruis suis jure repræsentationis in stirpes admittuntur, *dict. tit. 11. lib. 2. F. junct. Novell. 118. cap. 3.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 56.* Vult. *dict. cap. 9. num. 109.* Secus quando soli deficientibus patruis succedunt, tunc enim divisio inter eos fit secundum capita, non in stirpes, *Novell 118. cap. 3.* Donell. *9 comm. 4.* Schenck Baro *ad tit. 8 in princ. lib 1. F.* Rittersh. *in part. feudal. cap. 16. quæst. 9. cum seq.* Alvarott. *ad tit. 8. in princip. n. 3. lib. 2 F.* Fachineus *6. controv. 3.* Borch. *in tract. de grad. tit. de success. descend.* Diss. Anton. Fab. *in disp. forensi subjunctâ tractatui de var. numm. debit. solut.* Sonsb. *de feud. part. 9. n. 100. & alii.*

XL.

Deficientibus verò fratribus ac fratrum liberis, cæteri deinceps Agnati succedunt, *dict. tit. 11. lib. 2. F.* Sed num ad decimum solummodo gradum, an verò in infinitum? quæritur: Et quoniam simpliciter dicitur, Agnatos ulteriores succedere, illi verò qui sunt ultra decimum gradum, etiam habentur Agnati, dubitandum haud est, quin eorum successio non determinetur certo gradu, Donell. *9. comm. 4.*

XLI.

Hactenus de successione masculorum: sed quid juris in fœminis? Non certè harum ratio multùm est habenda, postquam regulariter à successione feudi excludantur, ut non immeritò cum Papiniano *in l. 9 ff. de stat. hom.* dicamus, hoc in articulo fœminarum deteriorem conditionem esse quàm masculorum, *tit. 1. § 3. tit. 8. §. fœmina. tit. 24. lib. 1. F. tit. 11. tit. 23. in fin. tit. 36. tit. 50. lib 2. F.* Vult. *de feud lib. 1. cap. 9. n. 26.* Petrus Ravenna *ad tit. 1. § 3. lib 1. F.* ac ibid. Alvarott. & Matth. de Afflictis.

XLII.

Rei hujus quæ sit ratio, diversæ sunt FF. opiniones, ceu animadvertere licet apud Vult. *dict. cap. 9. num. 26.* Bocer. *in tract. de success. feud. cap. 2. quæst. 3.* Gœdd. *in disp. feud. 7. th. 10.* Arbitramur fœminas propterea à feudi successione arceri, quia idoneæ haud sunt ad præstationem servitiorum militarium, quorum intuitu feuda regulariter conceduntur: Insuper etiam pudori

 sexus

ſexus fœminei repugnat, ut ſe cœtui ac conſortio virorum immiſceant, viros comitentur ac ſequantur: Neque fœminæ ob fragilitatem judicii, Seniori bonum conſilium præbere, neque ob lubricitatem linguæ, ſecreta Domini occultare poſſunt: Quæ tamen ſingula in Vaſallo deſiderantur, *tit.6 & 7 lib.2.F.* Sonsbec. *de feud part.9.num.120.* Vult. *dict.num.26.* Curt. Jun. *in tract. de feud. part.3.num.1,* Zaſ. *in Epit feud. part. 8 num.36.* Jacob. de S.Georg. *in verbo: Marchio in Italiâ, num.4.* Schneidvvin. *in Epit.feud part. 6.cap.de ſucceſſ. fœm. n.6. & ſeq.* Vide Hartm. Piſtor. *lib.2.q 34.n. 11.* Förſt. *de ſucceſſ.lib.4.cap.23 n 48.*

XLIII.

Proinde licet fœmina, quæ ad ſucceſsionem feudi admitti poſtulat, armis ſit asſveta, attamen non audietur, propter alias prohibitionis rationes jam enumeratas, quarum licet una vel altera ceſſet, reliquæ tamen adhuc ſubſunt, Curt. Jun. *in tract. feud. part.3, num.9.* Schrad. *de feud. part.7. cap.4. num. 6.* Jacob. de S. Georg. *in verbo: In fœminis. num.8.* Vult. *lib 1. de feud. cap. 9. num 33.* Henricus à Roſenthal, *de feud. cap.7. concl.34. num.14.* Bocer. *in tract. de ſucc.feud.c.3. quæſt.31.* Zaſ. *in Epit feud. part.8.n. 36.* Matth. de Afflictis *in tit.1.§. & quia.lib.1.F.* Hartm. Piſt. *lib.2. quæſt.34.n.3.*

XLIV.

Idque adeo verum eſt, ut etiam maſculi ex fœminâ nati à feudi ſucceſsione excludantur, *tit.11.lib.2.F.* eò, quod ſucceſsiones non fiant per ſaltum, ſed juris ordine obſervatô, ita, ut ſi præcedens gradus ſucceſsionis capax non ſit, nec ſubſequens admitti posſit, *arg. §.placebat. inſt. de legit. agnat. ſucceſſ.* Vult. *lib.1. de feud. cap 9. num.27.* Mozz. *de ſubſtant.feud.num.80.* Schneidvvin. *de feud p.6. tit. de ſucceſſ. ab inteſt.fœm. n.16.* Schrad. *de feud. part.7. cap.4.n.3.* Matth. de Afflictis. *in tit.1. §.3. lib.1. F.*

XLV.

Exiſtit nihilominus duplex caſus, quo fœminæ in feudum ſuccedunt, ſi ſcilicet hoc ſit fœmineum, quod à fœminâ primò adquiſitum eſt, ubi nulla infertur Domino feudi injuria, ut qui fœminam ad feudum admittens, hæc omnia, quæ alias ſexus pudori aut conditioni repugnarent, ipſi remiſiſſe videtur, ne ſcilicet

ipſa-

ipſamet cogatur ſervitia feudalia præſtare, dominum ſequi & comitari, conſilium & auxilium domino præbere, deliberationibus ejus ſecretioribus intereſſe, ſed hæc omnia per ſubſtitutum poſſit expedire, quod ſi exinde damnum aliquod ſentiat Dominus, non habet de quo conqueratur, cùm id ſuâ ſentiat culpâ, *tit 1. § 3. lib.1. F.* & ibidem Jacob. Alvarott. *tit. 11. lib.2 F.* Borch. *de feud. cap.7. tit. de ſucceſſ. n 66 & 69.* Zaſ. *in Epit feud. part. 8. n.38.* Sonsb. *de feud. part.9. n.123. & 128.*

XLVI.

In feudo igitur fœmineo fœminæ illarumque progenies ſuccedunt, etiam ſine ſpeciali pacto, *tit.30. lib.2 F.* ubi Feudiſta in hæc verba ſcribit: Si fœmina habens feudum deceſſerit, quia fœmineum eſt feudum, & ſine pacto ſpeciali deficientibus filiis maſculis, ad filias pertinebit, Vid. *tit.8 lib.2 F. tit.11. tit.50. lib.2. F.* Vult. *de feud. lib.1. cap.9 n 40.* Duar. *de feud cap.10. n.4.* Schneidvv. *in Epit. feud. part.6. tit. de ſucceſſ. fœm. num.34.* Sonsb. *de feud. part. 9. n.123.* Schenck Baro *in tit. 1. lib.1. F.* Borch. *in cap.7 tit. de ſucceſſ. feud. n. 69.*

XLVII.

Deinde etiam fœminæ in feudis ſuccedunt, quando expresſâ conventione ad jus ſucceſſionis vocantur, quod fit cùm ab initio feudum ſic conſtituitur, ut fœminæ ſuccedant, *tit. 1. §. 3. lib.1. F & tit.11. tit.50. lib.2. F.* Siquidem pacta negotio cui apponuntur, ſolent formam ac legem dare, illudque alterare, ſic, ut ſi legibus non ſint contraria, quantumvis naturalia negotii immutent, tamen ſervari debeant, *l.72 ff. de contr. emt.* Vult. *dict. loco.* Roſenthal. *de feud. cap.7. concl.39.* Duar. *cap.10. num.1.* Zaſ. *in Epit feud. part 8 num 38.* Curt. Jun. *part.3. n.2.* Sonsbec. *de feud. part. 9. n.128.* Hieronymus Garzon *de fœm. ad feud. recip. reſtrict. 1.*

XLIIX.

Quòd ſi ergo una tantummodò filia ex pluribus nominatim & expreſsè fuerit ad feudum vocata, dubium eſt nullum, quin illa ſola admitti debeat: Ac unâ ex pluribus indeterminatè vocatâ, quæritur, quænam ſit admittenda? Et ſanè mirum in modum hic variant FF: Nos ſalvo aliorum judicio exiſtimamus, eam quam Dominus feudi elegerit ſibique fidelem eſſe voluerit, ſuccedere

cedere debere, *arg. tit.12. in fin.lib.2. F.& l.8.§ 3.ff. de legat.2.* Vult. *dict.cap.9.n 47.* Rosenthal *cap.2. concl.42.* Diff. Zaf. *in Epit.feud. part.8.num 65.* Curt. Jun. *de feud. part.3. num.20.* Schneidvvin *in Epit.feud.part.6.tit.de success. ab intest.fœm.n.53.*

XLIX.

Feudô porro filiabus concesso, quæritur: Utrumne isthac concessione etiam Neptes sint comprehensæ, ita, ut si defecerint filii & filiæ, supersint autem neptes, hæ in feudum succedere possint? Quod affirmandum putamus, per *l.84.ff.de V.S.l.59.ff.de rit. nupt.* Hunn. *disp feud.7. th.16.*

L.

Fœminæ igitur in feudum hisce duobus saltem casibus succedunt, videlicet si feudum sit fœmineum, vel eo pacto adquisitum, ut ad fœminas transeat: Quibus exceptis universalis ac firma manet Feudistæ regula: Fœminas in feudum non succedere: Quocirca licet primus adquirens feudum acceperit pro se suisq; heredibus aut descendentibus, nihilominus tamen fœminæ à feudo removebuntur, *arg tit.13.vers.etsi clientulus. lib.1. F. tit.34.§. 2.lib.2.F.* Vult. *dict. cap.9.num.28* Hartm. Pistor. *2.quæst.34. num.2.* Schrader. *de feud.part 7.cap 4.num.2.* Gail. *2. obs.159 n 1.* Garzon *dict.tract.de fœm.ad feud.recip.ampliat 2.* Zaf. *in Epit feud part 8. n.36.* Duar. *in comm feud cap.10.n.1.& 2.* Sonsbec. *de feud.part.9.n. 151.* Walth. *lib.2.miscell.42.*

LI.

Quinimò si feudum sit improprium vel conditionatum, ac tunc quidem fœminas admitti, consentaneum juri feudali videtur, *arg tit.48. lib.2.F.* Rosenthal *de feud cap.7.concl.32.* Vult. *de feud.lib.1. cap.9.n.45.* Udalr. Zaf. *in Epit.feud.part.8.n.7.*

LII.

De feudo Franco, id est, à servitiis libero, deque illo, quod ad certa & determinata servitia concessum est, & talia quidem, quæ æquè commodè & honestè per fœminam expediri possunt atque per masculum, utrum ad illa saltèm fœminæ admittantur? eleganter controvertitur: Sanè affirmant hoc Vult. *lib.1. de feud. cap.9. num.41.* Johan. Ruding. *lib.1. var. lect.feud. cap.33.* Hartm. Pistor. *2.quæst.34.num.32.* Fach. *7.contr.39.* Niell. *disp.feud.5.th.3.*

*lit.*

*lit. A.* Veruntamen negantium opinio communis & verissima est, cùm, ut sæpiùs dictum, generalis sit regula, Fœminas à feudi successione removeri, nullibi autem feudum Francum & ad certa servitia, quæ per fœminas expediri possunt, determinatum reperiatur exceptum. Duar. *de feud. cap. 10. num. 7.* Zas. *in Epit feud. part. 8. num. 44.* Curt. Jun. *p. 2. num 5* Schneidvvin *in Epit. feud. part. 6. tit. de success. ab intest. fœm. num 18. & 19* Rosenthal *de feud. cap 7 concl. 34. n. 10.* Schrad. *part 7 cap. 4 n 11.* Jacob. de S. Georg. *in verbo: Et feminis. n. 5.* Mozz. *de substant feud. n 85.*

LIII.

Ad feudum porrò Emptitium sive pecuniâ emptum fœminas admitti autumant Curt. Jun. *de feud. part. 3 num. 6.* & alii, quos allegat Bocer. *in tract. de success. feud cap. 3. quæst. 26.* atque de hac quæstione diversa proferuntur Cameræ Imperialis præjudicia à Gail. *2 observ. 159 num. 5.* & Mynsing. *5. observ 73 num 5.* Quæ Vult. *dict. cap. 9 num. 44.* ita conciliare adnititur, ut tunc demum fœminæ succedant, si integrô & justo pretio emtum sit feudum, atque concessum sine servitiis & fidelitatis juramento, idque propterea, quod cesset tunc omnis ratio, quæ fœminarum successionem impedit, *arg. tit. 36. lib. 2 F.* Sed nos generalitati inhærentes & hoc casu fœminas excludi defendemus, *arg. tit. 3. junct tit. 5. & 6 lib. 2 F* Hartm. Pistor *lib. 2. quæst 34. num 8.* Birch. *de feud. cap 7 tit de success. num 65.* Rosenthal *de feud. cap. 7. concl. 34. num. 7.* Ruding. *lib var. lect feud.* Hieron. Garz. *de fœm. ad feud. recip. n. 103.* Bocer. *dict. quæst 26.*

LIV.

Verùm an fœminæ hoc modo à successione feudi Emptitii remotæ pretium saltem, quod pater pro feudo dederat, à Domino feudi, ad quem fœminis exclusis revertitur, recipiant? expeditum non est: Negativa sententia meritò nobis arridet, Rosenthal. *dict. cap. 7. concl 34 in addit sub lit. K* Bocer. *de succ. feud. cap. 3 quæst 27.*

LV.

Cæterùm quod diximus Filias ex pacto in feudum succedere, itemque ad feudum fœmineum admitti, ex mente Feudistæ non aliter est accipiendum, quàm si omnes masculi ex primo

adquirente descendentes defecerint, *tit.6. & tit.8. § filia lib.1 F.* ubi Petr. Ravenna Idemque statuit JCtus, cùm feudum pro filiabus concessum est, *dict.tit.6.§ 1. tit.8. § filia. lib 1.F.*

LVI.

Sed num idem habendum, quando feudum hoc tenore & pacto est constitutum, ut fœminæ cum masculis succedant? valdè controvertitur: Et quamvis hoc negent Borch. *de feud. cap.7. tit. de success. num.67.* Bocer. *in tract. de invest. feud cap.5. num 54.* Rosenthal *de feud.cap.7.concl.41.* existimantes hoc casu in feudum masculos simul & fœminas succedere: Contraria tamen opinio nobis probabilior videtur, quæ à plerisque Neotericis defenditur, *arg. tit 6. & tit.8 lib.1. F. junct. l.36 § 2 ff. de legat.1 l.8. in princ ff de usufr. accresc.* Duar. *de feud. cap. 10. num.9.* Försť. *in tract de success. ab intest. lib.3 cap 19. num.18.* Schneidvvin. *de feud part.6. de success. fœm. n 39.*

LVII.

Quod si contingat Vasallum relictis filiô & filiâ decedere, adeoque per masculum filiam excludi, quæstionis est arduæ: Utrum fœmina semel exclusa in perpetuum exclusa maneat, adeoque defunctô masculô, qui illam excluserat, nunquam in posterum admittatur? quod affirmamus, *per dict.tit.6 §. quin etiam lib 1. F.* Bocer. *de investit feud cap 5. num 62 & sqq & de success feud cap 3 quæst.4* Rosenth. *de feud. cap.7.concl 44. num.15.* Dua. *de feud.cap.10 num.12* Fach.7 *contr.45.* Borch. *de feud cap. 7 tit de success num 36* Diss. Vult *cap 9 n.52.* Sonsbec. *de feud. part.9 n.130 & seq.* Wesembec. *de feud.cap.6.n.23.*

LIIX.

Et hoc usque adeò verum est, ut licet masculus ille, qui fœminam excluserat, mox post mortem patris decesserit, nihilominus fœmina maneat exclusa, *tit.6. §. quin etiam lib.1 F. junct arg l.2 & l.3. C. de post. hered inst.* Gothofr. Anton. *in disput. feud.6. th.6. lit. D.* Diss. Vult. *dict cap 9.num 54.* Sonsbec. *part.9. n.131.* Matth. de Afflictis *in tit 18. vers. filia verò.num. 7 lib.1. F.*

LIX.

Econtrario quemadmodum fœmina per masculum exclusa

ma-

manet in posterum etiam exclusa, ita si semel deficientibus masculis fuerit admissa, nunquam per supervenientem masculum à feudo repellitur, cum fœminæ jus reale jam tum fuerit adquisitum, quod sine causâ ipsi auferri nequit, *l.11 ff. de Reg. Jur.* Zas. *in Epit. feud part.8. num.53.* Sonsbec. *de feud. part 9. n.140.* Schneidwin. *in dict. tit. de success ab intest fœm. n.48.*

LX.

Quamvis autem, ut ex hactenus dictis apparet, filia in feudum regulariter non succedat, tamen in pecuniam ex feudo redactam una cum filiis eam admitti, ratio manifesta suadet, cùm pecunia illa non sit feudalis, sed allodialis, cujus etiam fœminæ sunt participes, *Novell. 118. cap.1.2. & 3.* Gothofr. Anton. *in disp. feud.6. th.7. lit. B.* Vult. *de feud. lib.1. cap.5. num.10.* Bocer. *in tract. de substant. feud. cap.1.* Schneidwin. *in Epitom. feud. part. 2. num.18.*

LXI.

Et tantum de successione fœminarum, quibus quo ad propositum comparantur Clerici: Qui æquè omnes à feudi successione removentur, cujus ratio obscura non est, præterquam enim quòd milites Christi, cujusmodi sunt Clerici, haud possint esse milites seculares, *tit.21. lib.2. F. can placuit. 21. quæ.3.* defraudaretur certè Senior inde servitiis feudalibus, quæ utpote militaria ac secularia Clerici præstare nequeunt, *tit.30. tit.36. lib.2.F.* Et hoc idem etiam in foro Saxonico manifestâ juris dispositione confirmatur *in cap.2.* Lehnrecht/ ubi dicitur: Pfaffen sollen Lehnrecht darben/ & *in art. 25. lib.1. spec Saxon.* Begibt sich aber ein Mann zum Münchleben/ der zu seinen Jahren kommen ist/ seine Lehen sind dem Herrn ledig/ denn er den HeerSchild dadurch niedergelegt. Vid. Hartm. Pist. *part.2. quæst.33. n.12.*

LXII.

Sed utrum Clericus, si velit per substitutum Domino acceptabilem servire, admittendus sit ad feudi successionem? expeditum haud est: Quod licet non sine rationibus affirment Schenck Baro à Tautenberg *in tit.21. num.8. lib.2. F.* & alii plures è Canonistis, quos refert Vult. *de feud. lib.1. cap.9, num.67.* iis ta-

men nihil obstantibus existimamus, ne tum quidem Clericum ad feudi successionem aspirare posse, cum Vult. *dict. num.67.* Curt. Jun. *de feud. part. 3 memb. 2 num. 13 & seqq.* Sonsbec. *de feud. part. 4. num 115.* Fach. 7. *contr. 35.* Borch. *dict. cap. 7. tit. de succ. cess. num. 62.*

LXIII.

In tantum porrò Clerici à feudorum successione removentur, ut licet habitum Religionis deponere & ad secularem vitam redire velint, non tamen audiantur, prout expresso juris nostri feudalis textu sancitum *in tit. 30. lib 2. F.* Vid. Borch. *dict. cap. 7. n. 62.* Anton. Cont. *in Methodo feud cap. 6 in princ.*

LXIV.

Nec refert cujus generis aut conditionis sint Clerici, ita, ut & Episcopi atque Cardinales à feudorum successione repellantur. Quod Menoch. adeò verum existimat, ut ne quidem summus Episcopus seu Pontifex Romanus in feudum succedere queat, *de re. up. possess. remed. 10 num. 68. & in arbitr. jud quæst. lib. 2. cent. 3. cas. 231.* Rosenthal *de feud cap 7. concl. 29. num. 9. & seq.* Vult. *de feud. cap 9 num 67.* Rittersh *in part. feud lib. 1. cap. 15. quæst. 23.* Et hoc etiam in Monacho procedit, in tantum, ut licet monasterium servitia per substitutum præstare velit, non tamen admittatur, Vult *dict cap 9. num 67.* Sonsbec. *de feud part 9. n. 115.* Schneidewvin *in Epit feud part 6 tit. de success. desc. end. mascul, n. 23.* Rittersh. *dict cap 15 quæst 19.*

LXV.

At quid habendum de illis, qui sacro cuidam ordini nomina dederint, ut sunt Cruciferi, Equites Hierosolymitani, Melitenses, Teutonici & alii? De hisce idem quod de cæteris Clericis dicendum existimamus, Vult. *dict cap 9. num. 67.* Förster. *de success. lib 4 cap 23 num. 39* Rudin g. *lib. 1 var. lect feud. cap. 17.* Fach *lib. 7. contr. 36.* Menoch. *in arbitr. jud. quæst. dict. cent. 3. casu 231.*

LXVI.

Nec feudum emtitium & fœmineum excipere licet, à quorum successione Clerici non minùs arcentur, *tit. 30, tit. 21. in fin. lib.*

*lib. 1. F.* Rosenthal *de feud. cap. 7. concl. 30. num. 30.* Vult. *cap. 9. num 67.* Aliter tamen res se habet in feudo franco, aut tali, cujus servitia æquè per Clericum commode & honestè expediri possunt, cessante nimirum ratione, quæ aliàs Clericos a feudis excludit, Vult. *dict. cap. 9. num. 67.* Schneidvv. *dict. part. 6 tit. de success. descend. mascul. num 24.*

LXVII.

Denique sicut fœminæ & Clerici, ita etiam Imperfecti à successione feudorum removentur: Sunt autem imperfecti vel Animo vel Corpore: Animo imperfecti sunt furiosi & mente capti, qui cum propter animi & judicii defectum ad servitia feudalia inepti sint, æqvum est, ne Dominus servitiis suis defraudetur, eos à successione feudorum repelli, *tit. 36 lib. 2 F.* Hisce tamen prodigus accenseri haud debet, Vult. *lib. 1. de feud. cap. 9. num. 63. in fin.*

LXIIX.

Corpore imperfecti sunt Muti, Surdi, Cæci, Claudi & similes mutilati, quos à successione feudi propterea removendos judicat Feudista, quod servire non possint: Neque distinguimus inter eos, qui imperfecti sunt nati, vel ex accidenti casu fortuitô absque suâ culpâ tales facti, cùm nec textus juris feudalis sic distinguant, *tit. 6. lib 1. F. tit. 36. lib. 2. F.* Vult. *dict cap 9. num. 64.* Vide Zas. *in Epit feud. part. 8. num. 68.* Duar. *cap. 9. n. 15.* Hartm. Pist. *2 quæst. 32.*

# Ex tit. 8. 9. & 10. Aur. Bullæ Caroli IV. Imperatoris.

## *QUÆSTIO I.*

### *Rex Bohemiæ an sit Elector: & quodnam habeat votum in Electione Regis Romanorum?*

Duplex concessum & à Carolo IV. Imperatore confirmatum legimus privilegium Regi Bohemiæ ejusque subditis *b. t. 8.* nempe *Tit. 8. A. B.* de

 1.

de non evocando & non appellando. Utrumque fat splendidum & illustre; quo ipso tamen Regnum Bohemiæ Imperio subjectum luculenter evincitur, † cùm ex regulâ JCtorum, privilegiorum concessio ex parte concedentis superioritatem, † ex parte verò ejus cui conceditur, subjectionem arguat, Hostiens. *in summar. de privileg. vers. cui concessum est. Respons. 1 in caus. Vinariens. num. 14.* Matth. Wesembec. *cons. 20. num. 20.* Hier. Schurff. *cent. 3. cons. 13. num. 12.* Bernh. Græv. *lib. 1. pract. concl. 1 n. 1. & seqq.* Martha *de jurisd. part. 1. cas. 33. num. 8.* Ernest. Cothman. *Resp. Acad. 17. num. 45.* Johan. Azor. *inst. moral. lib. 5. cap. 22. vers. quartò quæritur. part. 1.* † Est ergò Rex Bohemiæ Princeps Sacri Imperii, fatente Wenceslao ipsomet Bohem. Rege, in confirmatione concessionis, factæ Ludovico Duci Bavariæ à Ludolpho I. Imp. *sub dato Pragæ, Anno 1291.* apud Gevvoldum *de Sacr. Rom. Imper. Septemvirat. cap. 9.* † & attestante Cæsare Adolpho in literis investituralibus prædicto Regi Bohemiæ Wenceslao concessis Francofurti anno 1292. apud Hag. *in chron. Bohem. part. 1. Anno 1292. fol. 353.* † At num etiam Elector? Frustra in dubium vocari dixeris, quod expressâ lege decisum, † *Aur. Bull. tit. 4. § 3. ibid.* Daß ein König zu Böhmen unter den Weltlichen Churfürsten von Königlicher Würdigkeit und Rechtswegen/ billich die erste Frage behalte/ † *tit. 7. § 1. ibi:* Wann nun hin und wieder offenbar und bey nahe der gantzen Welt kundlich/ daß die Durchlauchtigsten der König in Böheimb etc. sambt den andern Geistlichen Mitwehlern/ Recht/ Stimm und statt haben/ dieselbe zu erwehlen gesetzt/ auch rechte Wehler des heiligen Reichs seyn. † *Et in præfat. A. B.* §. Demnach *ibi:* zwischen den Churfürsten/ in welcher Zahl Wir als ein König in Böheimb erkant werden. Quid clariùs dici potuisset? ita certè est, † nec ab hoc deciso ullâ ratione discedendum arbitramur: semper firmô stante talô lege hac Carolinâ, † quæ rejectis quibusque erroneis ac falsis opinionibus, Regi Bohemiæ jus suffragii legitimum, ac primum inter Electores seculares attribuit votum; constitutionibus † etiam aliorum Impp. Friderici II. Rudolphi I. & Ruperti Palatini fulcita, Protocollis atque edictis factarum electionum munita, & rationibus ac legibus ab In-

ter-

terpretibus & Politicis corroborata, ut videre † est apud Windeckium *de Princip. Elect. orig. cap. 1.* Æneam Sylvium, *in descript. German. cap. 59 & 65.* Marquard. Freher. *de orig. Palat. part 1. cap. 15 & in not. ad Petr de Andlo lib. 2. cap. 2.* Gevvold. *dict. cap. 9.* Casp. Bitschium, *in annot. ad Natal Comit histor. lib. 19.* Jacob. Gretser. *de munific: Impp in sed. Apost. cap. 1.* Hartm. Maur. *in tract. de coronat. Caroli V. Imp.* † & præ aliis singularem hac in re præstitit operam Melchior Goldastus *in tractatu peculiari, quem vocat Consultationem de offic. Elect Bohem. quæst 1. & de Regn. lib. 3. cap. 5. & 6.* Nihilominus vix ullam juris publici † controversiam jam à seculis aliquot in Comitiis Imperii acriùs agitatam, in secretis Principum consiliis vehementiùs disquisitam, in scholis Academicis contentiosiùs disputatam, & in doctorum Virorum libris & scriptis frequentiùs dissertatam fuisse, quàm hanc ipsam de jure Regis Bohemiæ in electione Regis Romanorum, attestatur idem Goldast. *loc. allegato.* † Cui disceptationi causam & ansam dedit Speculum Saxon *lib. 3 artic. 57.* Der Schencke des Reichs hat keine Wahl / darumb daß er nicht Deutsch ist. † Sed fallax ratio, quam ex Cæsare, Plinio, Tacito, Melâ, Solino, Ptolomæo diluit Goldastus, Bohemiam Germaniæ portionem, ac Regem Bohemiæ Germanum asserens, multisque argumentis & autoritatibus confirmans, † ut verè hinc scripserit Martinus Boregk, Das Böhmerland ist eine Gegend in Deutschland. *in Chron. Bohem.* † cum quo etiam transeunt Albert. Krantz. *lib. 1. Wandal. cap. 4.* Thom. Lansi. *in Consult. de princip. inter provinc. Europ in orat. pro German.* Marquard. Freher. *dict. loc.* Joach. Cluten. *in syllog rer. quotidian. concl. 24. litt e.* Quirin. Cubach. *lib. 2. Jurispr. German. publ. cap. 6. num 27.* centumque alii à Goldast. allegati; † Quâ ratione speculi Saxonici remorâ, nec quicquam autoritatis ex eo remanebit, sed meritò id cedit Sanctioni Carolinæ aliisque Constitutionibus Imperatoriis, † quæ longè majorem merentur fidem, quin & plùs autoritatis habent, Goldast. *in Bohem. dict. l. 3. cap. 2.* Gerlach. Buxdorff. *ad A. B. cap. 4. concl 49. lit d.* Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 2. num. 24.* † Est itaque Rex Bohemiæ Elector, primumque obtinet locum & votum inter Electores seculares, non indul-

14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

23. ductu Caroli IV. Imper. sed jam antea † ex consuetudine anti-
quâ, & per A. B. saltem confirmata, ut textus loquitur *in tit. 7. §.*
*1. junct. tit. 4. § 3. A B.* Freher. *d. lot.* Windeck. *de Princip Elect. orig.*
Gevvold. *de S. Rom. Imper Septemvirat. cap. 6 num. 37 & dict. cap. 9.*
24. *num. 2.* † Aliter licet senserit Krantz *lib. 4 Saxon cap 28.* & cum
eo Buxdorff. *dict. cap 4. concl 41. lit b in fin.* Bertram. *de Comit. Imper. concl. 66* Dom Arum. *disc. 3. ad A B concl. 13.* Videtur enim
25. Krantzium fefellisse vulgaris illa & trita † ab Ottone III. facta
Electorum enumeratio, in quâ Rex Bohemiæ ultimo assignatur
loco: Quod non ordinis causâ factum, benè monet Goldast.
26. † sed quia Rex Bohemiæ licet primus Electorum, postremò soleat officium suum Pincernarium in Curiâ Imperatoriâ deservire, *tit. 27. A.B.* Goldast. *dict. lib 3. Bohem cap 5. num. 13.* Haud cer-
27. tè † tolerabilior est error eorum, qui Regem Bohemiæ, nonnisi
cùm Septemvirûm Electorum suffragia æqualiter divisa inter sese
dissenserint, ad electionem Regis Romanorum admittunt, quod
28. arbitror falsum existat, † quem haud pauci ambulant, inter quos
etiam est Robert. Bellarm. *lib 1. de translat. Imp. cap 1.* Natal. Com. *lib. 1. histor. 6* Joh. Dubrav. *lib 6 hist Bohem fol. 43. & fol. 50* Onuph. Panvin. *de Comit Imper cap Verum septem.* Arnold. Clampmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 6 c. 19* Henning Arnis. *lib 2. de Repub.*
29. *cap 6 sect. 5. num 45.* cujus asserti fundamentum † ponunt *in Gesâ* Landrechts *lib 3. artic 57.* ex quâ rythmi vulgares compositi:

> Ich bin der Churfürsten Obermann
> Weil man nicht wol eine werden kan/
> Und wenn sich etwan in der Wahl
> Zutrüge eine Zwietracht dazumal/
> Welchem ich dann die Stimme mein
> Thu geben/ der sol Keyser seyn.

30. Sed † ineptiæ hæ sunt antiquorum Saxonum, contra expressam
Sanctionem Carolinam, quæ Regi Bohemiæ in ordine Electorum tertium, & inter Laicos primum assignat votum, *dict. tit. 4.*
*§. 3. & tit. 7. §. 1. A. B.* cui nil quidquam detrahere valet autoritas
31. Glossæ, nullâ ratione suffulta. † Quid si enim vota haud essent
paria, sed duo hunc, duo illum, & duo alium eligerent, poteritne

Rex

Rex duorum votis accedens majora constituere, & quatuor illos dissidentes vincere? Non † admittit hoc Bulla nostra *tit. 2.* §. Wann dann der Eyd. *in fin. verb.* oder den mehrer theil unter ihnen. Lupold. de Bebenburg *in tract. de Imp. Roman. cap. 12.* Georg. Sigism. Seld. *in consil. pro Ferdinando I. Imp. contra Paul. IV. Pap. quæst. 1. num. 19.* Christ. Besold. *lib. 2. de Regiâ success. differt 3. n. 7.* Nec observantia † Glossæ futilitatem admittit, si quid Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. Matthiæ, Ferdinandi II. & Ferdinandi III. nunc Cæsaris invictissimi electione peractum, perspexerimus, † quo de fidem faciunt Protocolla, Decreta & intimationes apud Goldast. *part. 1.* Politischer Reichshändel/ *cap. 5. tit. 24. & 31. cap. 8.* Reichs-Satzungen/ *part. 2. de anno 1531.* Georg. Sabin. *in historiâ de elect. & coronat. Caroli V. Imper.* Simon Schard. *in narrat. de elect. Maximiliani II. Imp.* idem Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 6. n. 21.*

32.

33.

34.

## QUÆSTIO II.

### *Num Rex Bohemiæ sit ac verè dicatur Status Imperii?*

Est ergo Rex Bohemiæ non modò Princeps Imperii, sed & Elector, *quæst. præced.* At num etiam Status Imperii? Vereor ne † quæstionem domitianam moveri quis existimet, cùm absonum videatur, Principes & Electores matriculâ Imperii comprehensos numero Statuum eximi, † quorum tamen notam suppeditat sola Matriculæ inscriptio, si credendum Limnæo *de jur. publ. lib. 1. cap. 7. n. 91.* † Nec vinculo & homagio fidelitatis, quo reliqui Vasalli & Status imperii tenentur, Bohemiæ Regem Imperatori obstrictum quisquam inficias ibit, convictus *Bullâ nostrâ* † *h. tit. 8. tit. 25. tit. 27. in princip. & Constitutione Caroli IV. Imp. de elect. Reg. Bohem.* apud Goldast. *tom. 1. Constit. imperial. anno 1348. fol. 342.* ut non immeritò pro Statu Imperii agnoverit eum Collegium Electorale *in Replicâ sub dato 28. Junii anno 1610. Matthiæ Austriaco Hungariæ Regi in conventu Pragensi exhibitâ*, *hisce verbis:*

*Tit. 8. A. B.*

1. 2. 3. 4. 5. 6.

7. † Weil der König von Böheimb ein Stand des Reichs / der siben Churfürsten einer / und des Römischen Keysers Ertzschenck ist &c.

8. Sed res tam clara non est, † si veram Status imperii notam examinaverimus, quàm ex solâ matriculæ inscriptione desumendam, periculosè dixerit, quisquis dixerit, propter multiplicem Matri-

9. cularum varietatem, † unde de veriore & receptâ nondum certè constat, Goldast. *in Bohem. lib. 2. cap. 17.* Meichsner. *tom. 1. decis. 1. pag. 66.* Zach. Vietor *de caus. exempt. cons. 5.* Non ergo contenti

10. solâ matriculâ, † alii alia ponunt requisita Statuum imperii, eorumque notationem valde ambiguam reddunt, ut videre est apud Christ. Besold. *de jurisd. Imp. Roman. quæst. 8.* Paul. Matth. Wehner. *in observ. pract. verb.* Standt des Reichs. Theod. Reinking. *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. cap. 1. num. 25.* Limn.

11. *dict. cap. 7.* † Veram autem & genuinam Statuum qualitatem si quis scire aveat, ad jus Sessionis & suffragiorum in Comitiis o-

12. culos is convertat; Nam † hujus qui particeps est, pro Statu im-

13. perii habendus, qualem se jactare nequit, à Comitiis exclusus. † Nec enim convenit administrationi & exercitio jurisdictionis in Imperio, Statum aliquem esse, & tamen sessionem in Comitiis

14. non habere, † ipsomet innuente Imp. *in Recess. Imper. de anno 1570. §.* Nach dem auch *&c. & de anno 1576.* quo de pluribus [illegible] *comment. ad Leg. Reg. cap. 3. sect. 12.* Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum. cap. 2. num. 1.* Dom. Arum. *de Comit. cap. 4. num. 1.* Tob. Paurmeist. *de jurisd. Imp. Roman. lib. 1. cap. 8. num. 3.* Jam si

15. ulteriùs progrediamur, † ex actis Imperii satis perspicuum, Regem Bohemiæ non interesse hodie Comitiis, quin nec ab annis propemodum ducentis interfuisse ac ullis Recessibus imperiali-

16. bus subscripsisse, ipsomet fatente Goldasto, † qui tamen pro sessione & suffragio Regis Bohemiæ in Comitiis multum contendit, *lib. 4. Bohem. cap. 5.* sed contra notorietatem & observantiam,

17. † de quâ fidem facit Auct. des außführlichen Berichts [illegible] Reichstägen pflegen gehalten zu werden: *tit.* von [illegible] Reichs *Sessionen.* Natal. Com. *lib. 16. histor.* Lehman. *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 124. num. 6.* Joach. Cluten. *in syllog. rer. quotid. tract. 24. lit. c.* Christ. Besold. *de jurisd. Imp. Roman. quæst. 7. in fin.*

Mat-

Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo, lib.2. cap.3.* Consequitur hinc ergò, † Regem Bohemiæ Statum imperii verè dici haud posse, ut benè animadvertit Dom. Arum. *de Comit. imper. cap.4. n.45. & seqq.* non parum adjutus † voto Procerum Imperii, quorum ex gravaminibus in *Comit. Augustan Anno 1548.* exhibitis hecce verba notatu judicantur digna. Zu dem daß ein König zu Böhmen zu einigem Reichstage nicht beschrieben würde/auch weder Stand noch Stimme in Reichs Rath hette. Nihilominus † si Regem Bohemiæ cum Goldasto *in Bohem. lib.3. cap.3.* & Gevvold. *de Septemvirat. cap.9. in fin.* Statum imperii quis dixerit, non prorsus erraverit, certo hujus voculæ sensu, & latâ acceptione, quâ omnes comprehenduntur † Principes imperio subjecti, quantumvis jus sessuræ ac suffragii in Comitiis non habeant, ut sunt Ratzevilius in Lituaviâ, & Transsylvanus, Mattha Neapolitan. *de jurisdict. part.1. cap.26. num.67.* Dux Mediolani & Marchio Montisferrati, idem Matth *dict. part.1. cap.33. num 38. & 48.* Dux Mantuæ, Natta *vol.2 consil.402. num 6.* † Quin & Nobiles immediatè imperio subjecti, Arum *dict. cap.4 n.74.*

18. 19. 20. 21. 22.

## *Quæstio III.*

### *Justâne ratione ac fundamento nitatur formula Cancellariæ Cæsareæ, ex Europæo illo Germaniæ, Hungariæ & Bohemiæ trinubio nata:* Die Römische Keyserliche/ auch zu Ungern und Böhmen Königliche Majestet?

Non minima Regis Bohemiæ est dignitas, quòd in celebratione Curiarum Imperialium, in omnibus ac singulis actibus quemcunque Regem alium, quacunque etiam singulari dignitatis prærogativâ fulgentem, quem quovis casu seu causâ venire vel adesse forsan contingeret, immutabiliter antecedat, *tit 6. A.B.* † Quodque Imperatorem vel Regem Romanorum immediatè nullo interveniente sequatur, *tit.22.* † ipsamque Augustam Im-

*Tit. 8. A.B.* 1. 2. 3.

peratricem præcedat, *tit. 26. § ult. A. B.* Gerlac. Buxdorff. *in diss. ad A. B. cap. 8. concl. 84.* Theod. Reinking *de regim. secul. & eccle-siast. lib. 1. class. 4. cap. 3. num. 13. & 23.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1.*
4. *cap. 4. num. 20.* Dan. Otto *de jur. publ. cap. 10.* Meritò ſanè, † quia dignitate Regiâ ſplendet Elector Bohemus, quam nec Imperator & Proceres Imperii invident ei *in Recess. imper. de anno 1527. §* Vnd als die. *ibi:* von wegen Königlicher Würde zu Böheimb und
5. Vngern etc. Titulus profectò egregius & eminens. † Sed eminentior, ſi titulo Majeſtatis Cæſareæ Regiæque in Hungaria adjungatur, uno eodemque exiſtente Imperatore, Regeque Hungariæ & Bohemiæ: Die Römische Keyserliche auch zu Hungarn und
6. Böhmen Königliche Majestet / † formulâ in Cancellariâ Cæſareâ communiſſimâ, & in conceſſione gratiarum ac privilegiorum uſitatiſſima: Aus Römischer Keyserlicher auch Hungarischer und Böhmischer Königlicher Macht und Vollkommenheit.
7. Ex quâ apparere ait Goldaſtus, † eandem competere Majeſtatem Regi Bohemiæ, quam vel Catholicus Hiſpaniæ, vel Chriſtianiſſimus Galliæ, vel alius quivis in orbe Chriſtiano Rex habet, licet inferiorem Imperiali, & Papali, *lib. 3. de Reg. Bohem. cap. 13. n. 7.*
8. Verè ac † ſeriò num hæc ſcripſerit, ambigo, cùm ipſemet aliud ſtatuerit *in eod. cap. 13. num. 4.* Fundamentum autem ſuæ aſſer-
9. tionis dum poſuit Goldaſt. in formula prædictâ, † quo jure hæc nitatur haud immeritò quæſiverim? Reſpectu ſanè Cæſareæ Regiæque in Hungariæ Regno Majeſtatis, res expedita eſt. Quis
10. enim † impio auſu Cæſari noſtro omnium potentiſſimo & invictiſſimo Majeſtatem denegare præſumeret, de cujus poteſtate ſaltem dubitare ſacrilegii crimen putatur, *l. 2. C. de crimin. sacril.* Reſtaur. *in tract. de imp. quæst. 110. num. 199.* Vaſq. *illust. quæst. cap.*
11. *25. num. 4.* † Quem ſummum in toto orbe Chriſtiano Principem, Heroem & Monarcham ſubjectiſſimâ devotione revereamur,
12. veneramur? † Cujus præeminentia vel ex notâ peculiari conſpicua, quâ Majeſtas Imperatoria Sacra, ſive Sacroſancta ſalu-
13. tatur, ad differentiam nempe ejus, † quæ Regibus tribui cœpit, Briſſon. *de verb. quæ ad jus pertinent, ſignific. l. 2. verb. Sacra.* Chriſt. Beſold *in diſſert. de Majest. sect. 1. cap. 1. num. 2.* Goldaſt. *dict.*
14. *cap. 13. num. 6.* Sixtin. *dict. lib. 1. cap. 1. n. 31.* † Quis etiam Regis Un-

gha-

gariæ Majestatem temerariè & petulanter arrodere ausit, postquam Ungariæ regnum † liberrimum & jugo Imperii Romani exemtum ipsemet Imp. Maximilianus II. Imperiique Proceres fassi fuerint *in Recess. imper. de anno 1566.* §. über voriges haben uns etc. *ibi:* Nichts nicht zugethan oder verwand. Joh. Limn. *lib.1.jur.publ cap 9.num.36.* De Rege Bohemiæ saltem controvertitur, † num ei vera competat Majestas, ejusq; intuitu, titulo Majestatis Cæsareæ Regia inferatur Majestas? Quod † Domin. Arumæo visum fuit aliquomodo suspectum, *in tract. de Comit. Imper. cap.3.num.47. & seqq.* nec sine injuriâ Imperatoris & Imperii, Regi Bohemiæ Majestatem attribui, autumat idem *dict. loco;* propterea † quod una & sola sit Imperatoria Majestas in Imperio, adeoque & in Bohemia Imperii membro, ipsomet fatente Goldasto *dict. cap.13.num.6.vers. Sed homines imperiti non vident, id fieri respectu Imperatoriæ Majestatis, quæ consortem suæ Supremitatis in Imperio Christiano non patitur, &c.* Verè hoc dictum, † si statum Regni Bohemiæ pariter & qualitatem Majestatis genuinam pensitaverimus. Quantumvis enim Rex Bohemiæ multis gaudeat † prærogativis, non institutis Germanorum regatur, Goldast. *part. 2.* Des Reichs Satzungen. *fol.63.* † nec inde contributionibus & Imperii oneribus sit obnoxius. *Recess Imper. de anno 1500.* §. Wie man mit den Königen etc. † nec circulis, in quos Imperium est digestum, comprehendatur, Marquard. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo, lib.2. cap. 2.* † nec ad Comitia & conventus Imperii ordinarios vocetur, *quæst. præced.* Buxdorff. *hic concl.41. lit. d.* Regnum tamen Bohemiæ † Imperii membrum habetur, attestante Carolo IV. Imp. *in Constit. de jur. elect. Reg. Bohem. compet.* apud Goldast. *tom.2.fol.94.* quo nomine Rex Bohemiæ Cæsari & Imperio est subjectus, & Elector, Freher. *dict. loc.* Goldast *in Bohem dict. lib.3. cap.3.4.5. & 6.* † Pincerna Imperii hereditarius, Goldast. *cit lib.3. cap. 8.* Vasallus Imperii, Par Curiæ, homagio obnoxius, *cap.14.* & crimen Majestatis in Imperatorem committit, *cap.15.* † atque in Camerà Imperiali conveniri potest, Buxdorff. *hic concl 78.* Sed quæ conditio & qualitas Majestatis? ipsa nominis notatio hanc indigitat, † dicitur enim Majestas, quasi major status, hoc est summus

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

ac supremus juxta enallagen comparativi pro superlativo, Gol-dast. *de majoratu, lib. 2. cap. 6. num. 4. & seqq.* Bornit. *de Majest. polit. & summo imper. cap. 4.* Besold. *in dissert. de majest. cap. 1. n. 2.* Nimi-
28. rum † vera Majestas superiorem supra se neminem agnoscit præter Deum, Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Rich. Dinner. *de summ. imper potest. concl. 22.* Johan. Redinus Episcopus Turiasonensis Hispan. *in tract. de majest. princip.* Thomas Michael *de Ju-*
29. *risd. concl. 7. lit. e.* † quod & titulus innuit usitatus Regum ac Principum, von Gottes Gnaden / quem nemini, nisi qui solum Deum, non ullum alium principem externum pro superiore recognoscit, competere arbitratur Chassan *ad consuet. Burgund. in proœmio ad verba: Par la grace de dieu.* Jacob. Menoch. *consil. 2.*
30. *num. 104.* † licet sano sensu Statibus quoque imperii titulus hic attribuatur, jure proprio, non ex privilegio, ut asserit Matth. Stephan. *lib. 2 de jurisdict part. 1. cap. 7. n. 40.* Stante hâc conditio-
31. ne † Regni Bohemiæ, & qualitate seu notatione Majestatis, quis hanc Bohemiæ Regi, imperii solum ... & vasallo competere serio
32. affirmabit...? Nec Regiæ hinc Majestatis, sed † dignitatis titulo Königlicher Würde ... Proceribus imperii Rex Bohemiæ salutatur, *Recess. Ratisbonens. de anno 1471. § 48. & § 14. Recess. Spirens. de anno 1526 §.* Weiter als Königliche Würde c. *Recess. Ratisbon. de anno 1527 §.* und als ... Königl. Würde zu Böheim und Ungern & c. ... Königliche Würde ... gut wissen. Besold. *de Majest. sect. 1. cap.*
33. *4. num. 8.* † Nonnum ergo formulam Cancellariæ Cæsareæ libera-liquâ liberare dicemus? Absit ut in pulvere scholastico hanc no-
34. bis sumamus licentiam, † quin potius intrepidè cum Goldasto affirmamus, justâ ratione & fundamento formulam illam niti, non, quod summa in Regno Bohemiæ potestas atque Majestas
35. Regi competat, † sed quia summo honore & dignitate Regiâ is honoratur, quæ largâ & impropriâ Majestatis notatione venit, *l. fin.*
36. *ff. de just. & jur. l. si familiæ ff. de jurisd.* veluti hoc significatu † Consul Romanus Majestatem per dignitatem & amplitudinem po-
37. puli Romani definit, *de orat. lib. 2.* † Et Suetonius, Quin etiam, inquit, speciem libertatis quandam induxit, conservatis Senatui ac Magistratibus & Majestate pristinâ ac potestate, *in Tiber. c. 30.*

Lips.

Lipſ. 2. polit. cap. 16. Herm. Kirchner. *de Republ. diſſ. 2. th. 2.* Beſold. *lib. 1. polit cap. 2.* §. 7. Quo ſenſu † ſi formulam Cancellariæ Cæ- 38.
ſareæ, quoad Regis Bohemiæ perſonam accipiamus, res clara erit:
Scitè quoque dicit Arum. † formulam eam non niſi in perſonâ 39.
Cæſaris, qui ſimul eſt Rex Bohemiæ, ſubſiſtere, quo in caſu cùm
utriusque Coronæ dignitas in perſonâ Cæſaris concurrat, conco-
mitantiam Superioris Cæſareæ Mäjeſtatis alium titulum haud
pati, reſpuentem ſcilicet omnem ſubjectionem. †Ex quo tamen 40.
ad Regem Bohemiæ, qui Cæſar non eſt, nihil inferre licet, *dict. cap. 3. pag. 95.*

## *Quæstio IV.*

### *Solis Electoribus jus Vectigalium tribuit Aurea Bulla: at Collectatio reliquis etiam Imperii Statibus in casu necessitatis est permiſſa; modò fiat ſecundum as & libram;* Nach eines jeden Vermögen.

Inter privilegia Regi Bohemiæ & reliquis Electoribus *h. t. 9.* Tit. 9.
conceſſa, haud minimum eſt † jus Vectigalium, ſeu percipiendi te- A. B.
lonia, quæ ad ſolum Imperatorem quondam pertinebant, † ceu 1.
ſummum quoddam Regale, ut liquet ex Conſtitutione Friderici I. 2.
Imp. *in tit. quæ ſint Regal. lib. 2. F.* cujus poſtea † Archi-Principes 3.
Electores quoque ſunt facti participes, Melch. Goldaſt. *in Bohem. lib. 4. cap 2. num 9.* limitatâ tamen poteſtate, † eâque ad telonia 4.
antiqua reſtrictâ per ſanctionem *Bullæ noſtræ tit. 9,* ubi Domin.
Arum. *diſc. 5. concl. 8.* cùm nec Imperator ſine conſenſu Septemvi-
rûm Electorum † nova telonia inſtituere, vel antiqua augere va- 5.
leat, capitulatione Cæſareâ prohibitus, Thom. Michael *de jurisd. concl. 11.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2 num. 43.* Caſp. Klock *de contri- but. concl. 7.* Petr. Heig. *part. 1 quæſt. 8 num. 7.* Rich. Dieter. *de ſummo imper. poteſt. concluſ. 139.* † Hodie verò præter Electo- 6.
res, pleroſque etiam alios Status eandem facultatem & jus perci-
pien-

piendi Vectigalia ſibi acquiſiviſſe videmus, Gerl. Buxd. [illegible] 21. Mart. Rumel. *ad A.B. part. 1 diſſert. 8. concl. 10. in fin.* Obrecht. *de Regal. §. 268. & ſeq.* † Multò magis ergo jus collectandi ſubditos iis permiſſum erit in caſu hoſtilitatis ac neceſſitatis, † quæ legem non habet, ſed ipſa legem facit, *l. 1. ff. de off. præconſ. l. 9. §. 5. ff. quod vi aut clam. can. remiſſionem. 1. quæſt. 1.* And. Tiraquell. *in tract. lignag. §. 26. gloſſ. n. 19. & ſeqq.* † factumq; per ſe culpabile non culpabile reddit, *can. ad lumina. 30. quæſt. 1.* Hier. de Cævall. *in ſpecul. comm. opin. quæſt. 906. num. 50.* Videant modò, † ut juſta & æqualis fiat diſtributio, nempe juxta æs & libram, h. e. † ſecundùm vires & qualitatem cujusque hominis patrimonii & obventionum, *l. 1. ibi: Civilia munera per ordinem pro modo ſortiendarum ſuſtinenda ſunt. C. de mun. patrimon. l. 4. C. quemadmod. civil. mun. indic. l. 1. & 4. C. de cenſ. l. 7. 8. & 12. C. de oper. publ.* † Qui collectandi modus etiam ab Impp. & Statibus Imperii hodie eſt probatus, prout manifeſtum reddunt *Receſſ. Colon. de anno 1512.* §. und damit die Mäſſigung. *Receſſ. Norinberg. de anno 1524. §. item wiewol. & ſeqq. Receſſ. Spirenſ. de anno 1542.* §. [illegible] Reichstag. *Receſſ. Ratisbon. de anno 1541.* §. Und wiewol Churfürſten. *Receſſ. Spirenſ. de anno 1544.* §. Nach dem aber. † Errant ideoq; qui ab hoc modo recedunt, alium ſibi vel imaginantes vel præſcribentes æquiorem, ut putant, ſed longè iniquiorem, † ipſâ collectarum naturâ reluctante, quia omnis collecta eſt onus fructuum, ac ratione poſſeſſionis & perceptionis fructuum potiſſimùm expeditur, *l. fructus 13. [illegible] C. de [illegible] l. 2. C. de annon. & tribut.* Joh. Baptiſt. Valenzuela Velasques *conſ. 94. n. 54. & 55.* Joh. Petr. Surd. *de aliment. tit. 7. privil. 91. num. 8.* Joh. Garz. *de expenſ. cap. 11. num. 145.* Flores Diaz de Mena *quæſt. 21. n. 82.* Guid. Pancirol. *conſ. 159. num. 15.* Verendum † ergo, ne Magiſtratus à modo diſtributionis ſecundùm æs & libram recedens, iniquitati viam aperiat, non ſine periculo rebellionis, † quam inæqualitas tributorum ſolet cauſari, Caſp. Klock. *de contrib. cap. 17. n. 100.* Nec dubium † reddere valet æqualitatem incertitudo & variatio obventionum atque redituum: ex quo namque fructus & obventiones omni tempore certæ & æquales haut ſunt, ſed ut pretia rerum [illegible]

certæ-

tempore mutantur, *l. pretia rerum. ff. ad L. Falcid. l. si inter. C. de jur. dot.* † & ipsas subditorum facultates hinc crescere atque decrescere, augeri atque deminui, verè dixeris? Non certè hoc quicquam officit, † si per reformationem æstimi seu libri censualis quotannis, vel quando necessitas exposcit, à censitoribus peræquatio suscipiatur, & denuò facultates subditorum, eorumque reditus & obventiones, prout tunc temporis reperiuntur, perquirantur & consignentur; † Id quod omninò fieri debet, ne onera collectarum aliter quàm secundum vires patrimonii subditis imponantur, Bald. *lib. 3. cons. 397.* Ægid. Thomat. *in tract. de contrib. patrim. §. retenta, num. 7.* Anton. Faber *in Codic. lib. 9. tit. 29. de fin. 21.* Matth. Wesembec. *consil. 103. & cons. 215.* Laud. *de Fisco quæst. 75.* de † quo sanè minus dubitandum propter clarissimum Ulpiani effatum, *in l forma. 4. §. 1. ff. de cens.* quod & *Recessib. Imp.* approbatum, *de anno 1512.* §. Und solches. *de anno 1524.* §. *Item* Wiewol. *& seq. de anno 1529.* §. Und wiewol. *& de anno 1542 & 1548.* §. Und demnach. † Idemque in collectis Imperialibus observari, manifestum redditur *ex Recessib. Imperii de anno 1582.* §. Zum ersten welche. *ibi:* Sol der vorige und alte Anschlag des Reichs billich *moderiret* und geringert/und denen/welchen solche Lande/Leute und Gutere zugefallen/was und wie viel zu des Reichs Krieges-hülffen darauff/vermöge der alten Anschläge/gestanden/oder auch nochmahls darauff nach billichen träglichen Dingen und Werth derselben zugelegt werden. Andr. Gail *lib. 1. observ. 21. num. 18. & seq.* Scitè hinc scribit Aym. Gravetta: *Si potest superior vel dominus imponere collectas ab initio, à fortiore potest reformare, ut bona registrata, seu in registrum relata ex integro æstimentur ad valorem præsentis temporis: Facilius enim permittitur actûs reformatio, quàm nova constitutio, in consil. 195. num. 1. & seq.* ac subjicit *num. 9. Reformationem registri ad eum fieri effectum, ut in præsens tempus æqualitas servetur in oneribus, ne pauperes compellantur plus æquô solvere.* † Si porro dixeris, constare vix certò posse de facultatibus & obventionibus subditorum, quippe qui nunquam non patrimonium suum celabunt? Respondemus, † mediante juramentô facultates uniuscujusque esse manifestandas, Fest. *de æstim. cap. 1. n.*

18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

*39. & seqq. part. 1.* Henr. Bocer. *de collect. cap. 12. num. 15.* Durum 25. † equidem & inhumanum videtur, publicatione rerum familiarium vel paupertatis detegere vilitatem, vel invidiæ exponere divitias, secundum Theodosium Imper. in *l. 2. C. quando & quib. 26. quart. pars.* † attamen utilitas & bonum publicum, æqualitasque favor in distribuendis collectis meritò prævalere heic debet. 27. Quod & placuit Statibus Imper. in † Comitiis *de anno 1598. & 1594.* à Rudolpho II. Imp. indictis. Et obtinuit observantia plerisque in locis, ut Cives & subditi jurejurandô adacti fortunarum suarum æstimationem apud Magistratum deferre & profiteri jube-28. antur, Bocer. *dict. cap. 12. num. 25.* Caspar Klock. *de contrib. cap. 17. num. 77. & cap. 11. num. 81.* † Idque non modò in jure civili, *l. meminimus. 2. in fin. C. quando & quib. quart.* Florez Diaz de Mena, *dict. quæst. 21. num. 58.* sed etiam in *Recessib. Imperii de anno 1594. & 1595.* satis fundatum est.

## *QUÆSTIO V.*

### *Jus monetandi non modò Electoribus, sed & inferioribus Statibus Imperii est concessum: quibus incumbit, pœnâ ignis in falsarios monetæ animadvertere; at num etiam adversus falsificatores monetæ peregrinæ?*

Tit. 10. § 1. — Quæ olim soli competebat Imperatori potestas monetandi jure Regalium, *l. 2. C. de fals. monet. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 1. 11. tit. quæ sint Regalia, lib. 2. F.* Zas. *de feud. part. 5. num. 15.* Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 10.* Joan. Aquila *in libell. de potest. & u-sil. monet. cap. 1. part. 1.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 1.* 2. *cap. 16.* postea † tàm quoad auream quàm argenteam monetam non modò Regi Bohemiæ confirmata, sed etiam reliquis Septem-3. viris de novo † est indulta, *b. t. 10. § 1.* Quæ sine si liberalitas subsequentium Impp. perfecisset, utique intuitu sollicitudinum & 4. laborum, quos Electores pro quiete publica sustinent, † iniquum

id putari non posse, inquit Domin. Arum. *hic concl. 9. circ. fin.* Sed eousque tandem illa est evagata, † ut etiam ad Status Imperii inferiores, aliosque privatos jus monetandi fuerit translatum, *Recess. Imper. Nornberg. de anno 1524.* §. Dergleichen hat der Müntze halber. *Recess. August. de anno 1551* § So haben wir uns. *vers.* dergleichen. *Recess. Spirens. de anno 1570.* §. Als denn auch die Müntzgerechtigkeit. † Ne ergò pro lubitu & beneplacito hô: uti permissum sibi existiment, certæ leges exercitio hujus juris fuerunt præscriptæ *in Ordinat. nummar. Cæsar. Ferdinandi I. de anno 1559.* §. Ferner als sich auch. &c. Quibus & eam addimus, † quæ singulis ac universis Magistratibus inculcanda, ut cohibeant malitiam falsariorum monetæ, decernendò adversus eos supplicium ignis jure definitum, † siquidem ex materiâ vitiosâ falsi fuerint formati nummi, animoque fallendi expositi, *l. 2. C. de fals. monet. Ordin. crim. Carol. artic. 111.* de quo pluribus dixi *in pract. crimin. part. 1. quæst. 42.* At quæritur, † num etiam flammarum exustionibus sint mancipandi falsificatores monetæ peregrinæ, non Imperatoris vel Statuum Imperii, sed exteri alicujus Principis aut Reipubl. insignibus & imagine notatæ? Quod equidem † affirmat Jacob. Menoch. *lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cent. 4. cas. 316. num. 43.* & post eum Henr. Bocer. *de jur. monet. cap. 5. num 26.* non solùm, † quòd usus monetæ sit juris gentium, *l. 1. in pr. ff. de contr. emt.* sed etiam quia † verbis generalibus adversus omnes indifferenter vitiosæ monetæ fabricatores pœna ignis fuerit constituta, *dict. Ordin. crim. art. 111. verb.* Welche falsche Müntze machen/die sollen mit dem Fewer vom Leben zum Tode gestrafft werden. † Sed cùm Constitutio Imper. Constantini, ex quâ Sanctio Carolina est nata, eos solummodò ignis pœnæ subjici velit, qui monetam Imperatoris falsificant, *dict. l. 2. in verb. in monetis enim tantummodò nostris &c. C. de fals. monet.* † non certè contra intentionem Legislatoris ad falsarios monetæ peregrinæ extendi debet; præsertim † si rationem severioris supplicii in falsificatores monetarum statuti pensitemus, quæ in eo consistit, quod corrumpentes monetam Imperatoriam † crimen læsæ Majestatis committant, *dict. l. 2. verb: cujus piaculi majestatis crimen committunt.* Quæ ratio cessat in falsariis

5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

ex-

17. exterorum nummorum, quippe † qui subditi haud sunt eorum, quorum monetam falsificant, nec proinde criminis majestatis per id Rei fiunt, *clement. pastoralis §. denique, & § seq. de sent. & re judic.* Jul. Clar. *in pract. §. laes. majest n. 6*, ut heic meritò intret regula vul-
18. gata: † cessante juris alicujus ratione, & ipsum jus cessat, *arg. l.*
19. *adigere. 6. §. quamvis. 2 ff. de jur patron.* At inquies, † cur ignis supplicio subjiciuntur, qui non Imperatoris, sed Principum ac
20. Statuum Imperii nummos adulterant, † ex veriori sententia Ja-cob. Menoch. *dict. cas. 316. num 9 & num. 29.* Regn Sixtin, *de Regal lib. 2. cap. 7 num. 109. & seqq* Matth Steph. *in not. ad dict. art. in Ordin. Carol.* Bocer. *dict. cap. 5. num. 3.* Ex quo asserendum videtur,
21. non † solius Imperatoris personam & autoritatem venire in con-
22. siderationem; Non certe hæc ratio quicquam obest, † cùm Imperatoriâ autoritate Status & Principes Imperii cudant nummos, ex potestate scilicet à Majestate Cæsareâ sibi concessâ. *Recess. Im-*
23. *per. de anno 1551. §.* So haben wir etc. adeoq; & horum † moneta pro Imperatoriâ reputari debet; quod de nummis peregrinis asse-
24. ri nequit. † Cæterùm licet falsificatores monetæ peregrinæ ignis suppliciò eximantur, quin tamen propter delictum grande,
25. † quale est nummorum depravatio, capitaliter puniri possint ac
26. debeant, vix quisquam ambigit: Respondentibus † ita Scabinis Lipsiensibus ad requisitionem Quæstoris Dresdensis. *M. Octob. Anno 1629.* Und es hat sich in der Erkundigung befunden/ daß Gefangener *M. R.* solche Holländische falsche Thaler nicht allein gemacht/ sondern auch dem Nechsten zu Nachtheil und zum Betrug ausgegeben/ So nun Gefangener *M. R.* auff seinen gethanen Bekäntnüß vor öffentlichen gehegten peinlichen Halsgerichte freywillig verharren/ oder des sonsten wie rechts überwiesen würde/ so möchte er wegen solches falschen müntzens/ und daß er die bösen Holländischen Thaler zum Betrug des Nechsten wissentlich ausgegeben/ nach Gelegenheit dißfals mit dem Schwert vom Leben zum Tode gerichtet und gestrafft werden/ V. R. W.

*Soli Deo Gloria.*

-:(o):-

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Sexta,

De

## *Investitura Feudi.*

RESPONDENTE

THEODORO MESTEL Lipsiensi.

*POSITIO I.*

DIximus hactenus, quibus modis Feudum constituatur; Videamus nunc, quibus modis constitutum adquiratur, quod fit Investiturâ & Praescriptione, *tit.33. junct. tit. 26. §. si quis per triginta lib. 2. F.* quanquam & praescriptio sit quaedam praesumpta investitura; id quod Jctus Feudista innuit, unicum duntaxat modum adquirendi feudum denominans, *tit. 25. lib. 1. F. ibi:* Sciendum est, feudum sine investiturâ nullo modo constitui posse, etiamsi Domino jubente quis alicujus rei nomine feudi possessionem nanciscatur & teneat, Matth. de Afflict. *in praelud feud n. 39.* Vult. *de feud. lib. 1 cap. 9. n 4.* Rittersh. *in part. feudal. lib. 1. cap. 8. quaest. 1. in fin.* Wesemb. *cap. 8. n 17.*

*II.*

Investitura ab investiendo dicta, Vult. *cap 7 num. 5.* est traditio & cessio feudi solennis, per quam Dominium feudi Vasallo adquiritur, Cujac. *in tit 1. lib 1. F.* Vult. *dict. cap. 7. num 7.* Unde luce meridianâ clarius apparet, investituram contractum non esse, *l. 20. C. de pact. l. 3. ff de O. & A. junct. tit. 25. lib. 1 F* Duar. *de feud. cap 7 num. 7.* Anton. Cont. *in meth feud. cap quib mod. feud. adq.* Diss. Bocer. *in tract. de invest. feud. cap. 2. num. 34.* Nicil. *disp. feud. qu. 7 lit. B.*

*III.*

Estque investitura duplex, Propria & Abusiva, *tit. 2. lib. 2. F.* Propria dicitur illa, quâ Vasallus in rei feudalis possessionem inducitur, adeôque naturalem consequitur detentionem. Abusiva verò appellatur investitura, quâ feudum absque

corporali possessionis traditione solenniter ceditur Vasallo, per signi alicujus exhibitionem, *tit. 2. in princip. lib. 2. F. & tit. 33. in pr. lib. 2. F.* Jacob. Alvarott. *ad tit. 2. in pr. num. 2. lib. 2. F.* Bocer. *dict. cap. 2. num. 70.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 2.* Wesembec. *de feud. cap. 8. n. 11.* Borch. *de feud. cap. 7. n. 5.* Diss. Vult. *dict. cap. 7. n. 11.* Niell. *in diss. feud. 4. th. 3. lit. F.*

IV.

Quamvis verò utraque investitura, tàm propria quàm abusiva dominium feudi in investitum transferat, ut arguunt textus generales juris feudalis, *tit. 23. lib. 1. F. tit. 1. in fin. & tit. 33. lib. 2. F.* Duar. *de feud. cap. 7. num. 6.* Possessio tamen per solam investituram propriam transfertur, per abusivam non item, *dict. tit. 2. in princip. lib. 2. F.* quamvis & abusivè investitum cogatur Dominus feudi mittere in vacuam possessionem, ita, ut licet malit Vasallo praestare id quod interest, non tamen liberetur, *per tit. 23. § [illegible] lib. 2. F.* Duar. *de feud. cap. 7. num. 6. & 7.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 22. & 31.* Cujac. *ad tit. 1. § si verò [illegible] lib. 1. F.* Schneidewin. *in Epit. feud. part. 4. num. 11.* Borch. *dict. cap. 7. num. 8.*

V.

An autem propriâ autoritate Vasallus vacuam possessionem nemine resistente ingredi possit? expeditum non est. Quod tamen cum communi FF. Scholl. affirmamus, quia hoc recte intelligitur voluntas fuisse Domini abusive aliquem investientis, quod ipsum habere voluerit feudi possessionem. Sonsb. *dict. part. 9. num. 30.* Reding. *lib. 1. [illegible] lect. feud. cap. 9. num. 2.* Schneidewin. *in Epit. feud. part. 4. num. 11.* Wesembec. *cap. 8. n. 13.* Borch. *de feud. cap. 7. n. 10.*

VI.

Utraque haec investitura fit tàm de feudo novo, quàm veteri, unde illa Nova, haec autem Veteris, sive renovatio investiturae appellari consuevit. *tit. 22. lib. 2. F.* Nova investitura est illa, per quam primùm feudum aliquod adquiritur, *dict. tit. [illegible]* Vult. *dict. cap. 7. n. 7.* Bocer. *in tract. de [illegible] feud. cap. [illegible] & [illegible] comm.* Circa hanc duo nobis consideranda veniunt: forma substantialis, & forma externa, sive accidentalis.

7. [illegible]

## VII

Forma substantialis novæ Investituræ in hisce duobus consistit: Ut primò investiens in re præsenti constitutus, aut verò extra illam traditô signô quodam dicat investiendo: Ego te investio de hoc prædio, ut illud in feudum habeas, *arg. tit. 2. in pr. lib. 2. F.* Bocer. *de invest. feud. cap. 4. num. 3.* Duar. *in comm. feudal. cap. 7. num. 2.* Mozz. *de subst. feud. num. 36.* Quæ pars investituræ verbalis cessio dicitur, & interdum in libris feudorum per se & simpliciter investitura appellatur, *tit. 3. & tit. 4. in pr. lib. 1. F.* Bocer. *dict. cap. 4. n. 3.*

## VIII.

Alterum investituræ solenne est testatio seu testificatio solennis, quæ fit testibus aut instrumento, *tit. 4. lib. 1. F. tit. 2. lib. 2. F.* Etsi enim plerique juris feudalis Interpretes testificationem hanc solis fieri testibus existiment: Verior tamen videtur Boceri opinio, testes & instrumentum ad testificationem investituræ alternativè requirentis, *in tract. de invest. feud. cap. 4. n. 51.* Hunn. *diss. feud. 8. th. 12.* Diss. Vult. *de feud. cap. 7. n. 22.* Wesemb. *cap. 8. n. 13. & Dd. comm.*

## IX.

Quod igitur ad testes attinet, quos ad investituræ actum desiderari diximus, idonei sint, necesse est, hoc est, masculi non fœminæ adhibeantur, nec tamen servi, sed liberi homines tantùm, cum investitura sit negotium civile, cujus participes servi non sunt, sed ratione ejus pro nullis & mortuis habentur, *l. quod attinet. 32. ff. de Reg. jur. tit. 58. §. 1. vers. alioquin. tit. 32. in fin. lib. 2. F.* Bocer. *dict. cap. 4. n. 51.*

## X.

Requiritur porrò ut testes adhibeantur pares Curtis sive Curiæ, id est, Convasalli ejusdem Domini in eodem territorio feuda possidentes, qui aliàs compares domûs Domini appellantur, adeò ut si non pares Curiæ, sed alii quantumvis maximè fide digni adhibiti fuerint, investitura non valeat, *tit. 2. in princip. tit. 32. tit. 55. tit. 58. lib. 2. F.* quod ideò receptum esse scribit Feudista, ne quid excogitetur falsitatis in perniciem Domini, aliis testibus inductis corruptis fortè pecuniâ vel odiô, quæ non sunt suspi-

anda in paribus Curiæ propter juramentum fidelitatis Domino præstitum, *dict. tit. 58. § item sciendum. lib. 2. F.* Alvarott. *ad tit. 2. in princip. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 7. num. 23.* Duar. *de feud. cap. 7. n. 3.* Wesemb. *cap. 8. num. 13.* Schneidew. *in Epit. feud. part. 4. n. 12. & seqq.* Bocer. *dict. cap. 4. n. 51. & seqq.*

*XI.*

Quod si extraneis testibus adhibitis, Dominus ultrò fateatur, investituram à se factam esse, nec hoc quidem casu investituram valere, expressè respondet Feudista *in tit. 32. lib. 2. F.* quoniam nemo solennitatum essentialibus à jure requisitis, quale est adhibitio parium Curiis in investitura, renunciare valet, *l. 38. ff. de pact.* Bocer. *dict. cap. 4. n. 53.* Schenck Baro à Tautenburg *ad tit. 32. lib. 2. F. n. 3.* Diss. Schneidew. *dict. part. 4. n. 27.*

*XII.*

An autem investitura subsistat, si errore quodam adhibiti fuerint extranei, qui tempore investituræ omnium opinione pro paribus Curiæ habiti sint? dubio haud caret: Affirmant enim hoc Bocer. *in dict. cap. 4. num. 66. & Schrader. de feud. part. 3. cap. 2. num. 11. vers. octavo hoc fallit.* Sed negantium opinio verior, & melioribus rationibus subnixa videtur, *arg. tit. 2. § ult. lib. 2. F. & tit. 32. lib. 2. F.* Hunn. *dict. disp. feud. 2. th. 26.*

*XIII.*

Non saltem verò in Laicorum, sed & Clericorum feudis necessariò sunt adhibendi testes pares Curiæ, quod innuit Feudista *in tit. 32. in princip. lib. 2. F.* ubi scribit: Sive Clericus Laicus sit Dominus, ad probandam novam investituram semper pares Curiæ sunt necessarii: Quod tamen sub distinctione admittimus, ita, ut siquidem Clerici feudum constituant in bonis propriis, non possint testes alii quam pares Curiæ adhiberi, *arg. tit. 32. lib. 2. F.* quia Clerici in bonis propriis pro Laicis habentur, *l. 3. C. de Episc. & Cleric.* Secus verò si Clerici de bonis Ecclesiæ feudum constituant, *tit. 20. § hæc omnia. lib. 1. F.* Bocer. *dict. cap. 4. num. 64.* Vide Wesembec. *de feud. cap. 8. num. 14.* Sonsbec. *de feud. part. 5. num. 19.* Burch. *cap. 7. num. 25.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 7. num. 25.* Jacob. de Belviso, Alvar. & Schenck Baro *ad tit. 32. lib. 2. F.*

14. Quo

XIV.

Cujus rei hanc rationem reddit Feudista *in dict.tit.26. lib.1. F.* quod Clerici, cum quosdam de feudo investiunt, sæpè occultè & sine præsentia suorum confratrum id facere studeant, quam rationem ita explicat Bocerus *dict.cap.4 num 65.* quod Clerici possint etiam absque suorum confratrum, id est, cæterorum ejusdem collegii Clericorum præsentiâ & consensu investituram novam facere de bonis Ecclesiæ, ut ita mirum non sit, si hoc ipsis facere concessum fuerit etiam sine præsentia parium Curiæ, cum investituræ negotium potius ad cæteros pertineat Clericos, quam ad pares Curiæ; vide etiam Vult *dict.cap.7.num.28.* Curt. Jun. *part.2.quæst.1. & 2.* Duar. *de feud.cap.6.n.4.*

X V.

Cæterùm, si pares Curiæ investitionis tempore peregrè abfuerint, num reditus ipsorum expectandus sit, & differenda investitura? quæstionis est: Et respondet affirmativè Feudista *in tit 33. lib. 2. F.* nec valere investituram in absentia parium Curiæ coram extraneis factam, Vult. *cap.7. n.27.* Sonsb. *de feud. part.9. n.15.* Wesemb. *de feud c.n.13.* Schneidvv. *in Epit.feud.part.4.n.14.* Baro à Tautenb. *ad tit.26.in princip.num.6.lib.1.F.* Borch. *de feud. cap.7. n.26.*

XVI.

Citandi itaque erunt absentes & aliquo tempore expectandi, quod tempus cum nullibi in Jure feudali neque explicitè neque implicitè definitum reperiatur, arbitrio & discretioni judicis relinquendum erit, *arg. l.1 ff de jure delib.* Sonsbec. *de feud. part.9. num.17.* Bocer. *dict. cap.4. num.57.* Alvarot. *ad tit.33. vers. quod autem. num.3. lib.2. F.* Si verò pares Curiæ diutius absint, neque citati compareant, cogendi erunt mulctæ dictione pœnalique judicio, *arg.l un.ff si quis jus dic. non obtemp.* Vult. *dict.cap.7. n.27.* Schenck Baro *ad tit.2.pr lib.2.F.*

XVII.

Quâ mulctæ dictione contemptâ, si ne tunc quidem compareant, integrum erit Domino extraneos adhibere, idemque dicendum est, cum nullos omninò habuerit pares Curiæ, aut si habuerit quidem, sed minus idoneos, hoc quippe casu ratio ista

 dicti-

dicitat, in defectum parium Curiæ extraneos fide dignos admitti, *tit. 2. §. ſi autem inveſtitura. tit. 33. §. quod autem. & tit. 58. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 7. num. 27.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 16.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part. 4. num. 15. & ſeqq.* Bocer. *dict. cap. 4. num. 59.*

*XIIX.*

Porrò, cum in ore duorum aut trium teſtium conſiſtat omne verum, & ad actus probandos regulariter duo ſufficiant teſtes, neque in præſenti plures adhibere neceſſe eſt, idque diſertis expreſſit verbis Feudiſta *in tit. 2. lib. 2. F.* ubi ait, inveſtituram, ſiquidem ab illo fiat, qui alios habet Vaſallos, ſaltem coram duobus ex illis ſolenniter fieri debere: Schneidvv. *in Epit. feud. part. 4. num. 12.* Jacob. Alvarott. *ad tit. 2. in pr. n. 5. lib. 2. F.*

*XIX.*

Altera ſpecies teſtationis eſt ſcriptura ſive inſtrumentum ſuper inveſtituræ negotio factum, quod & breve teſtatum *tit. [illegible] & 4. lib. 1. F.* & publicum inſtrumentum *in dict. tit. 2. lib. 2. F.* appellatur, Bocer. *dict. cap. 4. num. 63.* Ad hujus confectionem adhibendi ſunt teſtes, qui illud manu ſua confirment. *tit. 32. lib. 2. F.* Sed qualesnam, pares Curiæ, an vero etiam extranei? Exiſtimamus, Pares Curiæ, ſi quos habeat Dominus, ad hoc negotium idoneos neceſſariò fore adhibendos, quamvis apud Mediolanenſes aliud conſuetudine fuerit receptum, *tit. 2. in princ. & tit. 32. §. 1. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 7. num. 42.* Bocer. *dict. cap. 4. num. 73.*

*XX.*

In hiſce itaque inveſtituræ forma ſubſtantialis conſiſtit. Quibus etiam vulgo addunt juramentum fidelitatis, die Lehnpflicht. Vult. *lib. 1. de feud. cap. 7. num. 30.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part. 4. n. 17.* Bocer. *in dict. tract. de inveſtit. feud. cap. 4. num. [illegible]* Sed horum voto non ſubſcribimus, cum inveſtituram demum ſequatur juramentum fidelitatis *tit. 4. & 7. in fin. lib. 2. F.* ut ita non requiſitum ipſius inveſtituræ, ſed conſequens ſaltem ejusque neceſſarium, quod niſi ſpecialiter inveſtito à Domino fuerit remiſſum, ſemper præſtari debet, *tit. 4. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 7. num. [illegible]* Ruding. *lib. 1. var. lect. feud. c. 43.* Duar. *in feud. cap. 7. n. 9.*

Quo-

XXI.

Quocirca non solum de magnis, verùm etiam de modicis feudis fidelitas Seniori facienda est, cum nusquam jura feudalia inter magna & modica feuda quoad propositam quæstionem distinguant, Vult. *dict cap.7. num.39.* Bocer. *dict cap 4 num 13.* D. ff Schrad. *de feud. part 6. cap 4. num.18.* Mozz. *de substant. feud. num.12.* Matth. de Afflictis *in prælud. feudor. n.41.*

XXII.

Parili modo neque in feudo Franco juramentum fidelitatis remissum est, quoniam hoc feudi genus exceptis servitiis, in reliquis omnibus propriam feudi retinet naturam, *tit.48. lib.2. F.* Rosenthal *de feud cap.2 concl.56.* Bocer. *dict cap.4. n.14.* Jacob. de S. Georg. *in verb. qui quidem investiti. num.74.*

XXIII.

Hoc verò juramentum fidelitatis Vasallus præstat Seniori, non autem vicissim Senior Vasallo, Rittershus. *in partit. feudal. lib.1 cap.10 quæst 12.* Bocer. *in dict. cap.4. num 47.* Rosenthal *de feud cap 6 concl.86. in fin.* Schenck Baro à Tautenberg, *ad tit.6 n. lib.2 F.* Quantumvis æque ad mutuam fidem Dominus Vasallo sit obstrictus. Cujac. & Schenck Baro, *ad dict tit.6. lib.2 F.* Rosenth. *dict concl.88.* Rittersh. *dict cap.10 quæst.12.*

XXIV.

Omnes præterea jurare tenentur Vasalli investituram petentes, cujuscunque sint sexus: Ita, ut non solum masculi, sed fœminæ etiam fidelitatem promittant juratam, *tit 3 in fin. lib.2. F. c. un §. verum, de stat. regul. in sexto.* Nec interest, cujuscunque sint status & dignitatis Vasalli, ex quo etiam inferiori superior fidelitatem jurat; in tantum, ut ne quidem Princeps Romanus, nec quisquam alius superiorem non recognoscens ab hoc juramento immunis sit, *tit 100. in extraord.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.6 cap.4. num.9.* Zasius, *in Epit. feud. part 5. num.73.* Nicol. Intriglius *de feud. quæst 56 num. 219.* Quod si tamen superior existimet, se inferiori salvâ Imperii majestate facere fidelitatem non posse, poterit per substitutum jurare, quod cuivis etiam privato concessum esse paulò post dicetur, Cujac. *ad dict. tit. 100. in extraord.* Vid. Hotoman. *in illustr. quæst.35.*

25. Ni-

XXV.

Nihil porrò refert, Vasallus Laicus sit, an Clericus. Nam & hunc ad fidelitatem faciendam obstrictum esse, textus juris Pontificii haud obscurè probant, *in cap. verum extr. de foro compet. cap. nimis. extr. de jurejurand.* Bocer. *in dict. tract. de success. feud. cap. 4. num. 11.* Vult. *de feud. cap. 7. num. 38.* Intrigiolus *de feud. quæst. 56. num. 212.* Neque aliud dicendum existimamus, si Ecclesiæ feudum detur; ipsa enim hanc fallere & pejerare non possit, cum habeatur cultrix & auctrix justitiæ, nec patiatur contra justitiam quidquam fieri in se vel in alium. *tit. 13. lib. 1. F.* Prælati tamen ac præsules feuda nomine Ecclesiæ accipientes ac recuantes fallere utique ac perfidi existere possunt. Et hoc ipsum quoque Papa Bonifacius Octavus de Abbatissa vel Priorissa feudum Ecclesiæ nomine accipiente ac fidelitatem faciente disponit, *in cap. un. §. verum quando Abbatissa. de stat. regular. in sexto.* Usuque hoc observari, ut Prælates feuda nomine Ecclesiæ accipientes clientelare juramentum præstare cogantur, testis est fide dignissimus Hartmannus Hartmanni ab Eppingen, *lib. 2. pract. observat. tit. de feud. 54. observat. 4. n. 5. & 6.*

XXVI.

A juramento tamen fidelitatis excusat ætas, siquidem Minor nec per se nec per alium fidelitatem facere cogitur, antequam ad majorem ætatem pervenerit, in qua doli capax sit, *tit. 26. § si minori. lib. 2. F.* Minor enim hoc loco is appellatur, qui nondum est capax doli, cujusmodi Impubes est infantiæ proximus, *§. in summa. 18. Inst. de oblig. quæ ex delict. nasc.* Eodem exemplum remittitur etiam fidelitatis juramentum Furiosis, Mente captis &c. Unde qui ejusmodi personis feudum concedit, intelligitur tacitè ipsis juramentum fidelitatis remisisse, *arg. l. 2. ff. de jurisdict.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7. n. 37.*

XXVII.

Et hoc juramentum præstare quisque potest, non solum personaliter, sed etiam per Procuratorem, *tit. 4. lib. 2. F.* Schraden. *de feud. part. 6. cap. 4. num. 34.* Zasius *in Epit. feud. part. 7. num. 20.* Schonider *in part. 5. num. 28.* Intrigl. *de feud. quæst. 58. num. 2. & seqq.* Wesembec. *de feud. cap. 8. num. 24.* Gail. *de arresto Imper.*

cap.

*cap. 7. num. 11.* Jacobin. de S. Georg. *in verb: qui quidem investiti. num. 12.*

XXIIX.

At quid, si Dominus feudi præsentiam Vasalli desideret, nec procuratorem admittere velit, annè tunc ipsemet comparere & in propria personâ jurare compelletur? Affirmandum id existimamus, si Dominus justas hujus rei habeat causas. Schrader. *de feud part. 6. cap 4. num 35.* Vult. *dict. cap 7 num. 32.* Hartm. Pistor, *dict. quæst 47. num. 59.* Jacobin. de S. Georg. *in dict verb: qui quidem investiti. num. 12.* Quod tamen limitandum in casu, quo ratione probabili impeditus comparere nequit Vasallus, cui tum meritò cedit postulatum Senioris, Pistor. *dict. quæst. 47. num. fin.*

XXIX.

Procuratorem autem, qui ad investituram accipiendam & fidelitatem faciendam ablegatur, speciali mandatô de præstando juramento Vasallatico oportet esse instructum, siquidem in animam alterius absque speciali mandato jurare nullo jure permissum est, Bocer. *in dict. tract. de invest. feud. cap. 4. n. 24.* Schrad, *de feud. part. 6. cap. 4. num. 31.* Hartm. Pistor. *lib. 2 quæst. 47. n. 58.* Speciali verò instructus mandatô, non in suam, sed in principalis sui animam jurat, hac ferè formâ in Aulis principum usitatâ: Ich *Sempronius* als Gevollmächtiger Gewaltträger *Mævii*, schwere/und gelobe in dessen Gewissen und Seele Gott dem Allmächtigen/ von dessen Schlössern und Stadt und ihren Zugehörungen/ als welche von dem Durchlauchtigsten etc. zu Lehen rühren/ demselben getrew/gehorsam und gewertig zu seyn/ zu thun und zu dienen/ als solches einem getrewen Lehnman zustehet/ so wahr ihm Gott helffe/ und sein heiliges Evangelium: Schneidvv. *in Epit feudal. part. 5. n. 89.*

XXX.

Cæterùm juramenti fidelitatis formulas binas verbis quidem discrepantes, at reipsâ atque effectu coincidentes nobis exhibent jura Feudalia, *tit. 5. & tit. 7. lib. 2. F.* Quæ etsi perquàm videantur perspicuæ, ita ut ulteriore declaratione non indigeant, exabundante tamen ad illarum interpretationem Feudalia

X quæ-

quædam adjicit, & solennem Vasallatici Sacramenti formam, *in dict. tit.7. lib. 2. F. 1.* præscribit: Hodiè equidem vernaculâ nostra lingua ad hanc formam jurari solet: Ich *Sempronius* schwere N. N. seiner Gnaden / und deroselben Leibes Lehnserben / auch dero Fürstenthumb und Landen / oder Graff- und Herrschafften Frommen und Nutzen zu fördern / Schaden zu wenden und warnen / nach meinem höchsten Vermögen / und sonderlich wo ich erfahre / daß ihrer Gnaden etwas an Leib / Ehre / Würden und Stand zu entgegen / ihrer Herrschafften / Landen und Leuten zu Abbrechung / von jemand wolte fürgenommen werden / dasselbe seiner Gnaden zu offenbaren / und mit höchstem Fleiß zu verhüten / auch sonst getrew / gehorsam und gewertig zu seyn / zu dienen / und alles anders zu thun / halten und lassen / was einem frommen / getrewen Lehnmann gegen seinen Lehnherren nach Gewonheit und Rechts wegen zu thun gebürt / als mir Gott helffe und sein Göttliches Wort / etc. Schneidvvin. *in Epitom. feud. part. 5. cap. 1. num. 79.* Bocer. *dict. cap. 4. num. 20.*

XXXI.

In hanc igitur formam Vasallus jurat Domino suo fidelitatem adversus omnes homines, excepto Imperatore vel Rege, *tit. 7. lib. 2. F.* Excepto etiam antiquiore Domino, *tit. 28. lib. 2. F.* Huic enim cum prius ad fidelitatem obstrictus fuerit Vasallus, & quidem adversus eum quoque à quo postea feudum accipit, obligando se posteriori Domino adversus priorem, jus ejus minuere non potest, neque conditionem illius deteriorem reddere, Rittershus. *in partit. feudal. lib. 2. cap. 1. quæst. 24.* Schrad. *de feud. part. 6. c. 6. n. 21.* Schenck Baro *ad tit. 28. lib. 2. F.* Andreas Khol, *in tract. de servit. feudal. part 3. num. 48.* Et hoc in tantum verum est, ut neque per se, neque per substitutum posteriorem adversus antiquiorem Dominum juvare possit, *arg. dict. tit. 28. lib. 2. F.* Nisi consuetudo illius loci, in quo bona feudalia sita sunt, contrarium introduxerit, Rosenthal. *de feud. cap. 8. concl. 16. num. 5.* Schrad. *dict. cap. 6. num. 22.*

XXXII.

Sed utrum Parens Vasalli excipiendus sit, ita ut adversus hunc filius Domino fidelitatem jurare, eumque juvare non teneatur

neatur? intricata & difficilis eſt quæſtio: Quam expreſsè decidere videtur Feudiſta *in tit.28.lib.2.F.* quando ſcribit: Vaſallum debere contra omnes juvare Dominum & contra fratrem, & filium, & patrem: Exiſtimamus tamen patris perſonam omninò fore excipiendam, ne juramentũ lædat honorem ac reverentiam patri à filio jure divino & humano debitam, quale non eſſe obligatorium, præterqvam quod per ſe ſatis eſt manifeſtum, plurimis etiam in locis expreſsè aſſeritur, *l.7.§.16.ff. de pact. l.112. §.fin ff. de legat.1.l.5. C. de LL.* Zaſ. *in Epit.feud.part.7.num 30.* Cujac. *in dict. tit.28.lib.2 F.* Vide Bocer. *de inveſt.feud. cap.4.num.38.* Vult. *lib.1.de feud.cap.10.n.33.* Roſenthal. *de feud.cap.8.concl.14 n.7.* Schrad. *dict. part.6. cap.5.n.1.*

XXXIII.

Externa ſive accidentalis inveſtituræ forma eſt, quam feudum dans & accipiens ex pacto inveſtituræ ſolent determinare: Siquidem pacta negotiis appoſita illa informant ac reformant, ipſisque novam conſtituunt formam, *l.7.§. quin imò.ff. de pact.l.72 ff. de contr.empt.* dummodo ſint honeſta ac licita, *d.l.7. §.ait prætor ff.de pact.* Unde quæritur: An valeat inveſtituræ pactum, ut Domino liceat Vaſallum in caſu non præſtiti ſervitii per literas diffamatorias publico in loco intimatas traducere, & ei probrum impunè objectare? Quod negamus, *per l.14.C de judæis. l.13 §. æquisſimum.ff.de Uſufr.* Bocer. *de ſubſt. & nat.feud. cap.3.n.15. & ſeqq.*

XXXIV.

Inveſtitura porrò alia fit purè, alia ſub die, vel conditione, *tit.2.tit.9.lib.1.F. tit.35.lib.2.F.* Bocer. *de inveſt.feud. cap.5. n.1.* Illa ſimpliciter ac pure nullâ conditione vel die appoſita perficitur, *arg.tit.2.§ 1 lib.2. F. §. omnis. Inſt. de V.O* Cujus effectus eſt, quod è veſtigio per illam Dominium utile in Vaſallum hoc modo inveſtitum transferatur, eidemque feudum confeſtim adquiratur, *tit.32. verſ. novam, lib.2. F.* Bocer. *dict.cap.5. n.2.*

XXXV.

In diem fieri dicitur Inveſtitura, cum per eam feudum datur vel ad certum tempus, vel ex certo tempore, quo modo factâ inveſtiturâ, antequam dies venerit, peti à Domino feudum nequit,

quit, *arg. § omnis Inst. de* V. O. *l. cedere diem 213. ff. de V. S.* Bocer. *dict. cap 5. num. 9.* An verò ante diem Dominus Vasallo etiam invito feudum tradere possit? controversum est: Quod affirmandum existimamus, *arg. l. 50 ff. de O. & A. l. 70 ff. de solut. junct. tit. 1. lib. 2. F.* Donell. *ad l. 41. ff. de V. O.* Anton. Fab. *1. conject. 1.* Andr. Cludius *de condict. indeb. cap. 2 num. 5.* Cujac. *in l. 41. ff. de V. O.* Borch. *in tract. de V. O. cap. 6.*

XXXVI.

Sub conditione autem fit investitura, quando feudum conceditur in futurum aliquem eventum, ut si aliquid factum fuerit vel non, *arg. § sub conditione. Inst. de V. O.* quo casu post conditionem demum existentem Vasallus dominium feudi nanciscitur, *d. § sub. condit.* Conditio autem, quæ Investituræ adjicitur, debet esse honesta, licita & possibilis, *arg. l. 31 ff. de O. & A.* Hinc quæritur: An valeat investitura de feudo Vasalli adhuc viventis, sub conditione mortis facta? Quod negat Jaco à Lautenberg, *in tit. 26 § moribus. num. 2 lib. 2 F.* eò, quod jure civili prohibitum sit pacisci de successione & hæreditate viventis, *l. fin. C. de pact.* Nos cum communi FF. schola hoc affirmamus, modò tale sit feudum, quod mortuo Vasallo feudi possessore ad Dominum sit reversurum, *tit. 26. § moribus. tit. 5. & 9. lib. 2. F.* Zasi. *in Epit. feud. part. 6 num. 21.* Bocer. *dict. cap. 5. n. 15.* Ruding. *lib. 1. var. lect. feudal cap. 11.* Borch. *de feud. cap. 7. n. 15.*

XXXVII.

Num verò, ut hoc casu investitura subsistat, requiratur consensus Vasalli adhuc viventis, feudumque possidentis? quæritur. Et verius est, sive hic consenserit, sive non, investituram valere, id quod expressè confirmat Feudista *in tit. 35. lib. 2. F.* quando scribit: Sub tempore vel conditione, qua feudum sibi aperiatur, valebit investitura, etiam sine voluntate Vasalli facta, *l. vid. tit. 26. § moribus. lib. 2. F.*

XXXIIX.

Sed quid dicendum, si Vasallus post investituram in casum mortis alteri factam liberos susceperit? existimamus cum Hartm. Pistor. *lib. 2 quæst. 25. num. 15.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 7 n. 52.* Bocer. *dict. cap. 5. num. 19.* investituram evanescere: Idque etiam Juri

Saxo-

Saxonico convenit, *in cap 20.* Lehnrecht/ *ibi:* Wann der Sohn nach des Vaters Tod lebet/ also lang/ daß man seine Stimme gehören mag in den vier Wänden des Hauses/ so ist er beerbet mit seines Vaters Lehen/ und hat es entführet allen denen/ die Gedinge daran hatten/ & *in artic 33. lib. 1. spec. Saxon. in verbis:* Wann er lebet nach des Vaters Tod. Quod si tamen liberi rursus vivo adhuc parente decesserint, verius est investituram valere, existente scil. post remotum obstaculum adhuc conditione. Quod & clarè decidit jus Saxon. *in dict. cap. 20.* Lehnrecht/ ubi habetur: Der Sohn/ der ehe dann der Vater stirbet/ der ist kein Lehnerbe/ wann er mit dem Lehen nicht beerbet ist: Darumb/ so bricht er durch seinen Tod niemand das Gedinge/ das ihm an des Vaters Gut zugesaget ward. Hartm. Pistor. *dict. quaest. 25. num. 17.* Vult. *dict. cap. 7. n. 50.*

### XXXIX.

Et tantum de investitura Nova: Vetus investitura, quae & Renovatio investiturae dicitur, est, definiente Feudista *in tit. 32. lib. 2. F.* quae fit à Domini successore, vel Vasallo successori: Etenim quotiescunque mutatio aliqua circa personam Vasalli, aut Senioris incidit, renovatio investiturae petenda est, usque adeò, ut si intra tempus legitimum, & jure feudali praefinitum id factum haud fuerit, feudum amittatur, nisi Vasallus minor adhuc sit quatuordecim annis, prout constitutum *in tit. 24. 40. & tit 55. vers. praeterea si quis. lib. 2 F.* Vult. *de Feud. lib. 1. cap. 7. n 58.* Rittershus. *in partit. feud. lib. 1. cap 9 quaest. 11.*

### XL.

Quodnam verò tempus sit legitimum ad petendam renovationem investiturae? mirum in modum variant FF: Nos cum Jacobo de Belviso *ad tit. 24. lib. 2 F.* Sonsbec. *de feud part. 11. n. 7.* Wesembec. *cap. 8. num. 3.* Bocer. *in tract. de invest. feud. cap. 6. num. 7.* Mynsing. *cent. 5. observ. 9. n. 1.* Schenck Barone *ad tit. 22. in pr. num. 7 lib. 1. F* Hartm. Hartmanni, *2. tit. 54. observ. 11. in pr.* distinguimus inter Vasallum paganum & militem, ita ut illi sit praefinitum tempus anni & diei, huic autem Anni & mensis, *tit. 24. & 40. tit 55. lib 2. F. tit 22. lib. 1 F.* Quod certè mirum haud est, cum semper ferè majore gaudeant favore milites quàm pagani,

*tot.tit.ff. & Inst. de testam. milit.* Diss. aliter Vult. *dict. cap. 7. num. 61.* Aliter Cujac. & Hotom. *ad tit. 22. lib. 1. F.* Aliter Anton. Cont. *de feud. cap. quib. mod. feud. adquir. pag. mihi 34.*

*XLI*

Currere autem hoc incipit tempus ab eo die, quo primùm resciverit Vasallus, talem mutationem incidisse, Wesembec. *de feud. cap. 8. num. 6.* Vult. *dict. cap. 7. num. 68.* Ruding. *lib. 1. var. lect. feud. cap. 7.* Hartm. Hartmanni, *2 pract. observ. tit. 54. observat. 11.* Gail, *2 observat. 48 num. 10.* Mynsing. *cent. 5. observat. 9.* Congruò itidem, non noctis neque prandii aut cœnæ, neque balnei tempore Vasallus debet adire Dominum, & ab eo petere investituram, *arg. l. si soluturus. 39. ff. de solut.* Zas. *in Epit. feud. part. 7. n. 5.* Ludolph. Schrader. *part. 6. cap. 3. n. 10.*

*XLII.*

Porrò, tempus illud à Domino feudi non consentiente Vasallo minui aut coarctari nequit, sic ut Vasallus citius, quàm post anni & diei vel mensis lapsum compelli possit ad petendam investituram, Schrader. *de feud. part. 6. cap. 2. num. 2.* Jacobin. de S. Georg. *in verbo: qui quidem investit. num 33.* Rittersh. *in part. tit. feudal. lib. 1. cap. 9. quæst. 13.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 7. num 62.* Bocer. *de invest. feud. cap. fin. num 9.* à quo tamen Jus Saxonicum discrepat, indifferenter Domino feudi permittens, tempus investituræ petendæ abbreviare, ita, ut si vasallus intra terminum constrictiorem, investituram non petierit, Feudo privetur, *cap. 22.* Lehnrecht / Schrader. *in dict. cap. 2. num. 6.* Vult. *dict. cap. 7. n. 62.*

*XLIII.*

Quinimò nec prorogatio termini invitò Vasallò Senioris arbitrio est committenda, Schrader. *in dict. cap. 2. num. 7.* Vult. *dict. cap. 7. num. 63.* Bocer. *dict. cap. fin. num. 9.* Diss. Rittersh. *in dict. cap. 9. quæst. 13.* Borch. *de feud. cap. 7. num. 36.* usque adeò, ut si potestatem hanc sibi sumserit Dominus, directo dominio, quod in feudo habet, privetur, *arg. tit. 6. in fin. lib. 2. F.* Jacobin. de S. Georg. *in tract. de feud. in verb: qui quidem investit. num. 40.* Schrader. *dict. part. 6. cap. 2. n. 7.* Bocer. *dict. cap. 6. num. 11.* Quod nec prorsus alienum à jure Saxon. quo si Dominus feudi tempus In-

investituræ petendæ absque justissima causa invito Vasallo prorogaverit, jus suum quod in feudo habet, non quidem penitus amittit, eousque tamen, quoad Pares Curiæ, quibus præsentibus investitura est petita, adhuc vivunt, in suspenso id est, *dict. cap. 22.* Lehnrecht/ Schrader. *dict. cap. 2. n. 8.*

XLIV.

Etsi verò in renovatione pariter atq; novâ investitura verba solennia adhiberi debeant, in renovatione tamen qualescunq; adhiberi possunt testes, tàm extranei quàm pares Curiæ, *tit. 32. vers. de veteri. lib. 2. F.* Sonsbec. *de feud. part. 9. n. 27.* Schneidvvin. *in Epit. feudal. part. 4. num. 15. & 28.* Borch. *de feud. cap. 7. num. 27.* Quoad externam verò formam, nulla est inter novam & veterem investituram discrepantia: Cum enim veteris feudi investitura sit confirmatio quædam & redintegratio investituræ primitùs de feudo factæ, par est, ut eodem tenore fiat, quo prima erat concepta, Vult. *de feud. lib. 1. cap 7. num 59.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 25.* Schneidvvin. *in Epitom. feud. part. 4. num. 32. & seqq.*

XLV.

Porrò fidelitatis quoque juramentum renovationis investituræ necessarium est consequens, sic, ut qui fidelitatem facere recusat, renovationem obtinere nequeat, etiamsi Vasallus defunctus fidelitatem juraverit pro se & suis heredibus, hoc enim casu nihilominus successores ejus investituram sibi renovari petentes ad juramentum obstricti sunt; Nec enim fides juramenti transit ad heredes, nec ligat animam alterius quàm jurantis, *l. 12. in princip. C. de rebus credit.* Bocer. *de invest. feud. cap. 4. num. 26.*

XLVI.

Sic, etiamsi Vasallus suo Seniori, ejusque successoribus fidelitatem promiserit, nihilominus tamen Seniore defuncto tenetur successori ejus denuò jurare, nec prius cogitur ille investituram huic renovare, quàm si jurare paratus sit, Bocer. *dict cap. 4. num. 27.* Quod si plures sint Domini successores, Vasallus ad fidelitatem jurandam singulis obstrictus haud est, sed sufficit uni omnium nomine jurari, ei videlicet, quem heredes Domini ele-

ge-

gerint, circa quam electionem si dissentiant invicem heredes, omnibus & singulis juramentum præstari oportet, *arg. l. 21. §. 2. ff. de oper. nov. nunciat.* Bocer. *dict. cap. 4. num. 15.* Vlt. Rudi[illegible] *lib. 1. var. lect. feudal. cap. 57.* Sonsbec. *de feud. part. 1. n. 16.* Borch. *de feud. cap. 7. num. 15.*

XLVII.

Dividitur etiam Vera investitura feudi in Simultaneam & singularem, sive Non simultaneam investituram: Simultanea est, quâ plures de uno eodemque feudo simul & communiter investiuntur, *tit. 1. §. 2. vers. quod & si communiter. tit. 8. § fin. in fine & tit. 14. §. fin. lib. 1. F. tit. 12. in princip. ibi: Simul investiti fuerint, & tit. 18. ibi: Simul investiti sunt, lib. 2. F.* Saxones hanc investituram appellant, die sämbtliche Belehnung/ & qui hâc investitura feudum acceperunt, illis jus conjunctæ manus tributum dicitur, daß sie zu rechter gesambten Hand belehnet/ ein sämbtlich Lehen ausgebracht und erlanget haben/ in sämbtlicher Belehnung seyn/ in gesambten Lehen sitzen etc. Pistor *part. 2. quæst. 20. n. 6.* Ex quibus quid singularis sive Non simultanea investitura sit, facillimè constat, Bocer. *in tract. de invest. feud. cap. 2. num. 84. & 85.* Hartm. Pistor. *2. quæst. 22. & 23.* Gothofred. Anton. *disput. feud. 1. th. 7. lit. t.*

XLVIII.

Circa simultaneam verò investituram jure Saxonum quædam singularia recepta sunt, de quibus videatur Bocer. *dict. cap. 2. num. 87. & seqq. &* Hartm. Pistor. *dict. quæst. 22. & 23.* adeò, ut existimet Gothofr. Anton. feuda in Germania dividi posse in feuda juris Saxonici, & feuda juris Longobardici sive communis, *dict. disp. feud. 1. th. 7. lit. t.* Agnatis etenim jure Saxonico hâc investitura opus est, quotiescunque casu contingente in feudo succedere cupiunt; Eâ verò neglectâ jure successionis minimè gaudent, etiamsi ex primo adquirente descendant, sed agnato sine filiis defuncto, feudum ad Dominum revertitur, Schenck [illegible] *cap. 32.* Andr. Gail. *2. obs. pract. 151. in fin.* Hartm. Pistor. *2. quæst. 19. num. 41. & seqq. & quæst. 20. num. 1. & seqq.* Bocer. *dict. cap. 2. n. 87.* Schneidewin. *in Epit. feud. part. 5. n. 20. & seq.* Wesemb. *de feud. cap. 6. n. 15.*

XLIX.

Et quamvis successionis ordo postulet, ut secundum gradûs prærogativam successio fiat, non modo de jure communi, *Auth. defuncto. C. ad SCtum Tertyli.* sed & feudali, *tit.50. in fin. lib.2 F.* Attamen jure Saxonico simultaneè investiti omnes, etiam diversis in gradibus constituti, simul absque graduum consideratione succedunt, Hartm. Pistor, *2. quæst. 21. num. 28.* Boc. *dict. cap. 2. n. 90.*

L.

Si tamen investituræ simultaneæ adjiciatur clausula: Nach rechter Sipschafft / proximiores Agnati semper remotiores excludunt, *per Novell. 118. cap. 3. § fin.* quoniam verba hæc graduum dinumerationem inferunt, ac propterea totam succedendi rationem ad terminos juris civilis reducunt, uti eleganter docet Hartm. Pistor. *dict part. 2. quæst. 23. num. 10.* & Bocer. *dict. cap. 2. num. 91.*

LI.

Diximus hucusque de investitura Vera: Præsumpta resultat ex præscriptione longissimi temporis; sic enim scribit Feudista *in tit. 26. §. si quis per triginta. lib. 2. F.* Si quis per triginta annos rem aliquam ut feudum possederit, & servitia Domino exhibuerit, quamvis de eâ re non sit investitus, præscriptione tamen triginta annorum se tueri potest: Ex qua Feudistæ sententiâ colligitur, quod ad præscriptionem feudalem præter continuam possessionem, bonam fidem & justum titulum, quæ in quâvis etiam aliarum rerum præscriptione necessaria sunt, tria desiderentur: 1. Possessio 30. annorum. 2. Ut res possessa sit tanquam feudum. 3. Ut possessor à Domino requisitus servitia ei feudalia præstiterit ceu suo Seniori, Rittersh. *in partit. feudal. lib. 1. cap. 15. quæst. 3.* Schneidew. *in Epit. feud. part. 4. n. 51.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 9. n. 4.* Duar. *de feud. cap. 8. n. 2.*

LII.

Sed utrum etiam feudum in re ecclesiastica præscriptione 40. annorum acquiratur? extra controversiam haud est: Negativam quidem tuentur Borch. *cap. 7. tit. de præscript. num. 8.* Zas. *in Epitom. feud. part. 6. num. 31.* Rittersh. *dict. cap. 15. quæst. 7.* Duar. *dict. cap. 8. num. 3.* At rectius existimant Vult. *in dict. cap. 9.*

 *num.*

*num.8.* & Schenck Baro *in tit. 26. §. si quis per triginta. lib. 2. F. n. 4.* hoc etiam casu sufficere triginta annos, cum jura feudalia nullibi distinguant.

*LIII.*

An autem vicissim Dominus 30. annorum spatio libertatem adversus Vasallum præscribere possit? scrupulo non caret: Affirmandum tamen hoc existimamus, si Dominus spatio 30. annorum rem feudalem pro libera possederit, nemine ab eo investituram petente, cum correlativorum eadem debeat esse ratio, Rittersh. *dict. cap. 18. quæst. 9.* Zasius *in Epit. feud. part. 6. n. 33.*

# Ex tit. 11. 12. & 13. Aur. Bullæ Caroli IV. Imperatoris.

## *Quæstio I.*

### *Privilegium de non evocando solis Electoribus olim concessum, hodiè omnibus Imperii Statibus est commune: Et num locum habeat in criminalibus, & contractibus, alterius in Principis territorio celebratis.*

*Tit. 11. A. B.* Quod soli Bohemiæ Regi confirmatur privilegium *tit. 8. A. B.* id ad reliquos etiam extenditur Electores, ecclesiasticos

1\. pariter ac seculares, *h. t. 11.* † Estque hoc duplex: *De non evocan-*

2\. *do:* & *De non appellando.* Nec enim annuimus Julio Zinzerlingo *in different. de appell. concl. 70.* † utrumque pro uno eodémque

3\. venditanti. Cum illud primam potissimum concernat instantiam, ne subditi & incolæ Electorum ad extraneum evocentur

4\. tribunal. † Hoc verò ad alteram pertineat instantiam, qua ipsimet etiam obligantur subditi, ne ad aliud tribunal appel-

5\. leni, Gerlac. Buxdorff. *hic conclus. 94. lit. b. 2.* † Quam & differentiam verba Bullæ nostræ satis manifestè innuunt, *h. t. 11. in princ.* § Und ordnen mit diesem ausdrücklichen etc. Cum enim in principio locutus fuerat Carolus IV. Imperator de jure non

evo-

evocandi, † postea *d.* §. und ordnen wir. privilegium de non appellando subjungit, Dom. Arum. *hic conclus.11.& 13.* † Et si porrò verba privilegii Ferdinandini hoc de jure *sub dato 12. Octobr. An. 1559.* in Comitiis Augustanis à Serenissimo Saxon. Elect. impetrati, cujus tenorem † exhibet Ayrer. *p.2. process. cap.4. observat. 2.* & post eum Johan. Limn. *lib 3. jur publ. cap.10. num 41.* ponderaverimus, nullum amplius restabit dubium; Suntque ea: † Es were auch unsers Vorfahren am Reich/ weiland Keysers *Sigismundi* hochlöblicher Gedächtnüß *Privilegium* verhanden / damit seine Liebde als Röm. Keyser die Chur und Fürsten zu Sachsen sonderlich begnadet/ darinnen versehen/ daß niemand des Hauses Sachsen Unterthanen für andere Gerichte ziehen und laden soll: Welches auch auff die *Appellation*, daß dieselbe niemand von ihren Gerichten an andere Orte vornehmen solle/ verstanden worden. † Gaudent ideoque Septemviri privilegiô de non evocando: Quod hodiè nomen suum verè amisit, & in jus commune ad reliquos etiam Imperii Proceres ac Status extensum transiit; † Jurat siquidem Rex Romanorum recens electus, se subditos Statuum Imperii ordinariis suis judiciis relicturum, in Capitulatione Cæsareâ, *vers.* Wir sollen und wollen auch die Churfürsten/ Fürsten Prælaten/ Grafen/ Herren/ von Adel/ auch andere Stände und Unterthanen des Reichs etc. Arum. *dict. conclus. 11. circa fin.* Reusn. *vol.2. cons.6. num.6.* † At quo jure privilegium dicetur Lex universalis pertinens ad universos; cum id singulares solummodo respiciat personas, *l.16. ff. d. LL. can. privilegia. dist.3. cap. abbat. 25. extr. de V.S.* † nam veteres priva dixerunt, quæ nos singula nuncupamus, Buda *ad pand. in l. legis virtus ff. de LL.* Buxdorff. *dict. concl.94. lit. a.* Martin. Rumelin. *part 2. dissert.1. ad A.B. concl.2.* Licet principes nonnulli † speciali etiam id adquisiverint concessione, ut videre est ex traditis Rumelin. *dict. concl.2. & aliquot seqq.* Sive autem privilegium, sive jus commune hoc appellitemus, egregium sanè est & efficacissimum † etiam contra avocationem Cæsareæ Majestatis. Dubitent enim quamdiu velint Georg. de Cabedo *decis.35. n.4. part 2.* Gartz. Mastrill *part.1. decis. 81. n.3.* Parlador. *rer. quotid. lib.2. cap.1. n.26.* an ejusmodi concessione ipsemet Imp. obstringatur, † postquam regulariter con-

6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

cessio jurium non privativè sed cumulativè facta censeatur, Panorm. *in cap. Pastoralis n. 3 extr. de offic. ordin.* Menoch. *de arbitr. judic. quæst. lib. 1 quæst. 40, num. 3, & 1 [illegible]* juxta illud textum juris

17\. Saxonici: † In welche Stadt der König kömbt / da sind Ihm alle Gerichte geöffnet / und muß der [illegible] zu richten [illegible]

18\. [illegible] Landr. *lib. 3, artic. 60.* † nobis ne quicquam scrupuli relinquet, quò minus cum Bur[illegible] *[illegible]* & Theodor. Reink. *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 1. cap. 7. n. [illegible]* ipsi quoque Cæsareæ Majestati jus evocandi subditos Statuum imperii ademptum [illegible]

19\. mus, non tam beneficii hujus natura [illegible], † quam propria ex conventione juramento firmatâ, *in [illegible] Cæsar.* Nec concessionem jurium cumulativè factam [illegible] cum hæc Status Imperii jure hereditario, perpetuo & [illegible]

20\. translatio obtinuerint, † investiti nempe de [illegible] feudi, qui fructus ita transfert in Vasallum, ut nulla ratione quoad [illegible]rum perceptionem à Domino feudi quæri debeat. Rosenthal, *de feud. cap. 5 concl. 5. num. 3.* Rol. à Valle *[illegible]* Carol. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1 §. 1. [illegible]*

21\. † Quin & vulgata illa DD. assertio de concessione jurisdictionis cumulativè factâ tacitè restringitur ad jus superioritatis, quod in sola recognitione Domini concedentis subsistit, nequaquam verò ad exercitium

22\. jurisdictionis extendi debet. † ut bene animadvertit Dn. Pro-Elector Saxon. Frider. Wilhelm. *in instructione quadam [illegible] suis ad Aulam Cæsar. Anno 1597. ablegatis data, in verb.* Doch [illegible] etliche daher in Zweiffel stehen / *quasi jurisdictio conferatur à Superiore concessa cumulativè non privativè*, So wird doch

23\. solches von andern gemeiniglich dahin erkläret / daß es allein [illegible] *ad jus superioritatis* zu verstehen / nicht aber *quoad jurisdictionem in causis primæ instantiæ*, Und daß dero wegen dem *inferiori* in [illegible] Sachen / so vor denselben gehören / von dem *Superiori* so wenig als von dem andern Eingriff geschehen möge / sondern [illegible]

24\. [illegible] der *jurisdiction* [illegible] etc. Sed † nonnisi in causis etiam criminalibus jus non evocandi obtineat [illegible] tum apud omnes haud est, Cum enim delinquens [illegible] tur in loco perpetrati delicti, licet alibi [illegible] contraxerit, [illegible]

mici-

micilium, ac Magistratui alieno sit subjectus, *l. 3. ff. de off Praef. l si cui crimen. 7. §. 1. & l ult ff de accus. l solent 7 ff de custod. reor.* Johan. Zanger. *de except part. 2. cap. 1. n. 221.* Rauchb. *part. 1. quaest. 50. n. 9. & 10.* † fieri vix potest, ut beneficio juris non evocandi, in loco delicti se non subtrahat cognitioni & judicio. Verùm non admittit generalitas beneficii † hanc restrictionem, ita scilicet, ut Reus ad locum delicti sit remittendus, si ibidem non reperiatur, (aliàs † enim haud obstante ullo hujus generis privilegio tutò in loco commissi maleficii captivabitur & inquisitioni subjicietur, *l. 1. C. ubi de crim.*) ne quod privatis de consuetudine generali indultum est, † Principibus privilegiatis denegetur: ex quo enim remissiones delinquentium ubivis ferè locorum hodiè in desuetudinem abierunt, nemo Magistratuum subditos suos ad locum delicti invitos remittere tenetur, Wesemb. *in paratit. ff de accus. n. 8.* Rauchb. *dict quaest 50. n. 25.* Gail. *lib. 1. de pac publ. cap. 17. n. 30.* Mod. Pistor *vol 1. cons 29. n. 6. & 7.* † Et quid multis, cum hanc assertionem firment verba Bullae ipsissima, *h. t. 11. ibi:* Antreffe gleich *malefiz, civil,* oder vermischte / oder sonst andere Sachen an. † Nec aliud habendum putamus de contractibus alterius in Magistratus territorio celebratis, nempè ut contrahentes alibi degentes & commorantes ad judicium trahi haud debeant in loco, quô est contractum, non solùm † ex sanctione *h. tit.* cujus verba generalia modò adducta id satis evincunt, sed etiam ex ratione juris communis: Quantumvis enim jure permissum sit, † debitorem in foro contractûs vel destinatae solutionis (quae paria habentur, *l. heres absens. 19. § fin. ff de judic. l. contraxisse 21 ff. de O & A.*) convenire, *d. l. heres 19. in pr. & §. si quis tutelam, 1. cum seq. ff de judic. l. 1 ff. de eo quod certo loco.* non aliter tamen id exaudiri debet, † quam si praesens sit Reus, & in loco contractûs reperiatur; Absens verò beneficio pariter privilegii hujus & juris † communis rigore, ex loco domicilii sui nequit avocari, *d. l. heres 19. in pr. cap. Romana 1. §. contrahentes extr. de for compet.* Gloss *in cap. licet ratione. verb. contractus. ubi &* Panor. *n. 79. extr de for comp.* Zang. *d. cap. 1. n. 123.* Matth. Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 1. n. 44.*

25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34.

QUAEST.

# *Quæstio II.*

## *An Privilegium de non appellando Electoribus concessum, obstet subditis, quò minus super nullitate Processûs Cæsaream Majestatem vel Cameram Imperialem queant implorare?*

*Tit. 11. A. B.* 1. Alterum Electoribus *b. t. 11* concessum privilegium est De non appellando, cujus vigore subditis vel incolis Electorum adempta facultas appellandi à quibuscunque sententiis ab ipsis vel officialibus eorum publicatis, §. Und setzen darzu etc. *vers.* [illegible] *part. 2. differ. 2.* Petr. Heig. *part. 1 quæst. 4 n. 31.* Regn. Sixtin. *de Regal. cap. 2 n. 244.* Thom. Michael, *de jurisdict. concl. 20.* Rich. Dieter. *de sum. Imp. pot. concl. 127.* 2. † Longè certò pingvius, quàm quod Statibus Imperii quibusdam est indultum, & ad certam summam restrictum, de quâ Gylman. *in tom. 6. Symph. farrag. privil.* Ayrer. *in proc.* Gilhaus. *arb. jud. de appell. n. 133.* Limn. *lib. 7 jur. pub.* veluti 3. † & Camera Imperialis in caussis solummodò valorem quinquaginta florenorum excedentibus appellationes recipit, *Ord. Camer. part. 2 tit. 28.* §. Und sonderlich ordnen und wollen wir. 4. † Qui valor postea ad centum quinquaginta, *Recess. Imp. Spir. de An. 1570.* §. Als wir dann / & tandem ad trecentos florenos est auctus, *Recess. Spirens. de anno 1600.* Matth. Steph. *de jurisdict. lib. 1 cap. 31 n. 7.* Limn. *lib. 9 jur. pub. cap. 2. n. 164.* 5. † At Electorale privilegium de non appellando purum & absolutum est, nullius summæ determinatione conditionatum, sed indifferenter non habitâ ratione valoris vel caussæ prægnantis omnem excludit provocationem, *b. t. 11.* 6. † Quô universi & singuli quidem Electores specialiter fuêre donati, sed non omnes id constanter retinuerunt; 7. † Nam quoad Electores Ecclesiasticos & Palatinum, non utendo sive quovis alio modo privilegium de non appellando in fumum abiit. Heig. *dict. quæst. 4. n. 91.* Zinzerling *de appell. concl. 70, lit. b.* Limn. *lib. 3 jur. publ. c. 2, n. 70.* Hieron. Schurff. *cent. 3. consil. 23, n. 1.* De quo & alii hanc

†hanc materiam concernentibus, cùm fusè admodum mentem nostram aperuerimus *in peculi. disp. de jur. ac privil. Sereniss. Princ. Elect. & Ducum Saxon. de non appellando.* nolumus hic crambem bis coctam repetentes tædium facere; unicum hoc pro ratione nostri instituti repetentes: † Num etiam privilegium hoc sese extendat ad processum nullitatis & remedium supplicationis, ita ut nec fas sit subditis Electorum Serenissimorum de nullitate conqueri per modum supplicationis in aula Cæsarea, vel Camera Imperiali? † Quod jam dudum inter Cameram Imperialem & aulam Saxonicam disceptatum novimus, ut videre licet apud Gylman. *tom. 3 Symph. farrag fol. 274* Limn. *lib. 3 jur. pub. cap. 10. n. 39.* Idq; adeò nodosum videtur Justo Zinzerl. ut à deciso planè abstineat, *dict. disp. de appell. concl 73. lit. g.* Ac certè limitant † in causa nullitatis privilegium hoc Thom. Michael. *dict. concl. 26.* Dieter. *d. concl 127.* Goldast. *tom. 1. constit. Imper fol. 100.* Andr. Gail *1. obs. 135. num. 4.* Buxdorff. *hîc concl. 94. lit. d.* ex hoc potissimùm fundamento, † quod remotâ appellatione haud censeatur remota nullitatis deductio, Tob. Paurm. *de Jurisdict. lib. 2. cap. 4. n. 146.* Sebast. Vant. *de nullitat. tit. qui poss. dic. de nullit. n. 33.* Schrader. *de feud. part. 10 sect. 4. n. 152.* Joh. Vinc. Honded. *lib. 1. cons. 27. n. 14.* † estque favorabilior supplicatio & querela nullitatis, quàm appellatio, quia proprii erroris veniam & circumventionem adversarii implicat, *l. 19 ff. de minor.* † non judicem priorem iniquitatis vel imperitiæ arguit, prout facit appellatio, *l. 1. ff. de appell.* quæque sunt aliæ horum remediorum differentiæ, ex quibus nullitatis querelam difficilius † excludi autumant Dd. Reinking. *de regim. secul. & eccles. lib. 1. clas. 4. c. 6 n. 6* Hippol. de Marsil. *in tract. Bannit. verb. nullitas n. 26.* Sed relinquamus hæc suo vigori; ad casum verò præsentem † ea ritè accommodari tantum abest, ut Ferdinandus I. Imper. in privilegio de non appellando *An. 1559.* Serenissimo Electori Saxon. renovato, verbis haud obscuris causam nullitatis nequaquam exceptam voluerit: Nicht *appelliret*, nicht *suppliciret*, noch *reducirt* werden sol noch mag in keinerley weise. † quæ sanè verba ejus habeantur efficaciæ, ut quia sunt universaliter negativa, comprehendant ea, quæ alioquin non

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

non comprehenderentur, Magon. *decis. 78. n. 10.* Hieron. à Laurent. *decis. 78. n. 11.*

18. † Cumque hoc ipsum privilegium Ferdinandinum decreta & judicata Electorum ac Principum Saxoniæ in perpetuum firma ac rata manere velit,

19. † prout verba habent privilegii: Sondern Ihrer Liebden und derer Nachkommen Erkäntnüß / Urtheil / Decret und Abschiede sollen gantz kräfftig und mächtig seyn / stets bleiben / und vollstrecket werden; utique per id

20. † exclusa erit nullitatis exceptio, nec enim firma remanerent decreta, si per querelam nullitatis in Camerâ vel Aulâ retractare ea liceret.

21. † Quod licet in specie de privilegio Serenissimi Electoris Saxon. ita inferatur, quippe de quo tantummodò agit Privilegium Ferdinandinum, Ard. Knich. *de Saxon. non prov. jur.* [illegible] *lib. provocat.* [illegible] *cap. 1. n. 101. & seqq.* Dom. Arum. *in* [illegible]

22. *concl. 17.* Identitas tamen rationis benè efficit, † ut reliquorum Electorum jura privilegio Ferdinandino includantur, ne si provocatio admitteretur nullitatis pallio tecta, fraus privilegio sit adinventa;

23. † Quivis namque jus appellandi sibi haud concessum animadvertens, nullitatis deductionem statim moliri posset, cum tamen Principis privilegia haud debeant esse elusoria, *cap. si civitas. 17. extr. de sentent. excommunicat. in 6to.*

24. † Sicut nec alia quævis dispositio effectu suo defraudari. Petr. Peck. *de testam. conjug. lib. 3. cap. 17. num. 2.* Jacob. Menoch. *consil. 302. num. 10.* Surd. *consil. 205. n. 8.*

25. Nec † porrò admittit magnificentia Electorum ac cura pro rebus Imperii, ut cognitio super nullitate ipsis eripiatur, quia absonum est, minimum adimi illis, quorum fides maxima sunt concredita, Everh. *in top. loc. à maj. ad min.*

26. † Et cum inter alia etiam favor litium abbreviandarum, causam dederit privilegio de non appellando, quis non videt, parum effectûs sperandum, si occasio detur protractioni ex permissâ nullitatis querelâ ad Cameram vel Aulam Cæsaream; quis quæso enim terminus & finis erit litigii?

27. † Quod tamen ut ejus finem sortiantur maximoperè interest, *l. properandum. 13. C. de judic. l. 10. C. de transact.* Mozla *in comp. juris, part. 1. tit. 3. quæst. 4. num. 17.*

QUÆST.

# *Quæstio III.*

## *Num litigantes privilegio Electorali de non appellando renunciare valeant?*

Pingue diximus privilegium Serenissimis Electoribus de non appellando indultum, *quæst. præced.* non saltem, quod ad certam pecuniæ summam restrictum haud sit, sed etiam † quia in universum obligat omnes, sive subditi sint, sive extranei, aut quivis alii in foro Septemvirûm litigantes, † quantumvis contrariò ab Imperatore privilegiô donati; quod quidem minus dubii habet in personâ Serenissimi Electoris Saxon. † ex privilegio Ferdinandino, quô contraria expressè leguntur abrogata privilegia, *in verb.* Wir wollen auch allen Rechten und Reichs Ordnungen / so solchem des Hauses zu Sachsen Freyheit und diesem unsern *Privilegio* zuwider seyn möchte / so viel die Chur- und Fürsten in diesem Fall anlanget / *derogiret* haben / etc. † attamen in reliquorum Electorum privilegiis idem obtinet, vel saltem propter antiquitatem hujus privilegii, jam dudum † à Carolo IV. *b. t. 11 A. B.* Septemviris concessi, cui per subsequentium Imperatorum munificentiam ac dispositionem † nullatenus potuit præjudicari, per tradita Jasonis *in l. quo minus. n. 11 ff. de flumin.* Octav. Cacher. *decis. 90. num. 11.* Cumque litigans in foro alieno ordinationi illius judicii sese submittat, † & quasi contrahendo suo juri renunciet, *l. 8. §. idem scribit. ff. de pecul.* † non valet contrarium postea objicere privilegium, ac propriæ conventioni & renunciationi contravenire; quod tamen fieret, si contra formam processûs jus appellandi prætenderet, Andr. Knich. *dict. cap 3. num. 13.* At quid, † si ambo litigantes privilegio Electorali de non appellando renuncient, expressè paciscentes, ut causa per appellationem ad Cameram vel Aulam Cæsaream devolvatur cessabitne tum privilegium? Ita forsan dixeris cum Balthas. Kauxdorff. *in disp. de non evocand. & non appell.*

*Tit. 11. A. B.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.



*appell.*

11. *appell. conclus. 24.* † propter verba privilegii Sigismundini *sub dat. Kesmarci, die annunciat. Mariæ, Anno 142[illegible].* Sie thun es dann

12. von ihren guten Willen / † & renovationis Carol. V. Imper. *die 2. Maji Anno 1521.* impetratæ: Jedoch mit dem Bescheid / es thun es denn die Unterthanen mit guten Willen / etc. quibus non parum

13. roboris addit Regula vulgata: † Quod unusquisque juri ac favori pro se introducto valeat renunciare, *l. si quis. 29. C. de pact.* Sed falsò præsupponitur, privilegium hoc subditis litigantibus

14. concessum esse; † ex quo enim hoc singulari beneficio [illegible] multis aliis in A. B. Electores honoratos, eorumque merita præmiis recompensata voluit Carolus noster *h. t. 11. in rubr.* Von Freyheit der Churfürsten. quod idem clarescit ex verbis privilegii Ferdinandini: Auch die vielfältige treuwe angenehme [illegible] Dienste die Seine Liebde / andere Fürsten zu Sachsen / und ihren aller Vor-

15. eltern dem heiligen Reich in viel wege gethan. † *Et rursus:* Und die Chur- und Fürsten zu Sachsen / ihre Erben und Nachkommen sich der- selben erfrewen / geniessen und nützlich gebrauchen mögen / ut ipsorum tantummodò † favorem attendi hic debere, nec [illegible] subditis

16. ei posse renunciari satis perspicuum est, scilicet quia jura haud

17. permittunt legibus & constitutionibus renunciare, † quæ tertii alicujus favorem & utilitatem respiciunt, nec factum alterius alteri nocere potest, Aym. Cravetta *de antiquit. temp. part. 1. §. 3.*

18. *n 38.* Modest. Pistor. *lib. 2. consil. 40. num. 17.* † Cumque modò allegatum privilegium Ferdinandinum nullatenus admitti velit appellationem, *in verb.* In keine weise *appelliret* werden sol / [illegible] certè tùm obtinere ea poterit, si à subditis fuerit huic beneficio renunciatum, quia dictio universalis omnes includit casus, Mar-

19. sil. *consil. 16. num. 48.* Surd *decis. 261. num. 30.* † Ut taceamus, verbis prohibitivis conceptum esse privilegium de non appellando, annexâ simul clausulâ cassatoria, *in verb.* Auch [illegible] *Appellation* [illegible] kraftlos / untüchtig und [illegible] seyn soll. quæ renunciationem cessare facit, secundùm tradita Gloss. *in cap. [illegible] pr. verb. [illegible], extr. de rescript. in [illegible].* Bald. *in l. [illegible] C. de*

20. *edict. div. Hadr. toll.* Nec remoram hisce injiciunt † verba prædicta (Von ihren guten Willen / ) in privilegio Sigismundino,

*Et rursus* ( mit guten Willen/ ) in renovatione Carolinâ, si non de voluntate subditorum, † sed ipsorum Electorum accipiantur, quod sanè sensu fieri potest, prout dixi *in Comment. ad L. Reg. cap. 9. sect. 5. n. 18.* 21.

## QUÆSTIO IV.

### *In Conventu Septemvirùm collegiali, Churfürstlichen Collegial Tage/ an jus sessuræ ac suffragii habeat Rex Bohemiæ?*

Frequentiora quantumvis olim fuerunt comitia Imperii universalia, prout fidem faciunt Abbas Stadens. *in Chron An. 788.* Reichersb. *in Chron an. 1169.* Abbas Prumiens. *lib. 2. Chron* Anon *hist de gestis Pipini, Caroli Magni & Ludovici, an. 772.* † nunquam nó tamen etiam particulares cõventus à quibusdam Imperii Statibus celebratos fuisse, vel inde clarescit, quod horum † mentionem faciat Hincmarus Archiepiscop. Remensis *in Epist. 3. cap. 29. & 30.* qui in Caroli Magni aula vixit, & subsequentium aliquot Impp. Consiliarius & Cancellarius fuit, testis omni exceptione major. † Cui accedit Abbas Stadens. *in Chron. anno 711.* Et nunquam Cæsar ex Italia reversus est, inquit Dubravius, quin Principum Conventum indiceret, *lib. 14 histor. Bohem.* † Quales conventus etiamnum hodiè celebrari, vel ex solis Deputatorum & Circulorum comitiis, *Deputation* und Craistägen/ elucescit, *Recess. Imp. de Anno 1500. 1555. 1570. & 1572.* Arum. *de comit. cap. 2. n. 39.* Limn. *de jur. publ. lib. 1. cap 7. num. 19. & seqq.* † Inter quæ celebriora habentur Comitia Electoralia, non solum novi Regis Romanorum electioni prçfinita, vulgò Wahltäge/ de quibus videri potest Onuphr. Panvinius *in pecul. lib. de Comit. Imp.* Sed etiam † pro salute & incolumitate Imperii sæpius celebrata, & si status necessitas efflagitet, etiamnum habenda, Churfürsten Tage oder Collegial Tage. Arum. *d. cap. 2 num. 28.* † Quod enim Electoribus quondam haud licuit, nec etiamnum hodiè reliquis Imperii Principibus ac Statibus regulariter licitum & permis-

Tit. 12. A. B. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

sum est, ut absque singulari Imperatoris indultu conventus indicant particulares, Goldast. de Regn. Bohem. lib 3. cap. 5. num. 5. Abbas Stadens. in Chron. anno 1240. Paul. Bernriedens. in vita
9. Greg. VII. Pap. Peucer. lib 5. Chron. † ad postmodum à Carol. 4. Bullæ nostræ autore, quoad Septemviros ita fuit limitatum, ut absque speciali veniæ impetratione ipsis fas sit, annuatim in aliqua civitate Imperiali ab Imperatore designanda, post festum Paschatos intra spatium unius mensis proximi comitia ce-
10. lebrare, h. t 12. † Prudentissimè sanè, ne periculosi in Imperio oriantur tumultus, aut nocivæ adversus salutem ejusdem machina-
11. tiones exsurgant, Arum. dict. cap. 2. n. 28. ut non immeritò † conventus hi Electorales in magnis germaniæ tempestatibus, litibus ac tumultibus optima reputentur remedia è Vent. de Va-
12. lent. in parthen. litig. lib. 2. cap 3. num 18. † Licet verò leges jam commemoratæ & comitiis Electoralibus præfinitæ, so.. fere recesserint, & per contrariam exoleverint observantiam, ut luculenter demonstrant Goldast. in Bohem. lib. 4. cap. 8. num. 18. & Limn. lib 9. cap 1. num. 232. ipse tamen † omnino conventus
13. Septemvirum Electoralis, quotiescunque pro statu imperii vigilandum, & de conservatione salutari deliberandum videtur, indicendus ac celebrandus, quod & nostrâ ætate tempore Rudolphi II. anno 1611. Norimbergæ, ann. 1610. Mülhusii, & pluries
14. factum novimus. Non etenim † annuendum Goldasto, omnem inter conventus Electorales & Collegiales, Wahl- und Collegialtäge differentiam respuenti in consult. de offi. Elect. Bohem. ann-
15. xâ libro de Regn. Bohem. part. 9. † quorum diversitas ratione rerum tractandarum ex prædictis perspicua est. Cui porro ratione personarū & hoc addimus discrimen, quòd ad eos, conventus scilicet Electorales pro electione novi Regis Romanorum in-
16. dictos admittatur etiam Rex Bohemiæ: ab † hisce verò excludatur. Non equidem ad gustum Goldasti hoc dictum, verè tamen
17. dictum est, si † non quid pro vindicando Regii Bohemiæ jure atque suffragio proferatur, sed quid observantia in Collegio Electorali hodie decidum, attendamus; Legimur siquidem
18. Goldasto † antiquitùs Regem Bohem, comitiis Septemviral.

Coll.

Collegialibus quondam interfuisse, id quod multis autoritatibus & exemplis firmat, nec non Gevvold. *in comment. de Sacr Roman Imp. Septemvir cap. 9 num. 4.* Frider. Hortled. in warhafften und gegründeten Bericht von dem zwischen denen Fürstlichen Sächs. Häusern Weymar und Altenburg erregten *praecedenz* und *primogenitur*streit / *part. 2. fol. 40. & seqq.* Nam de Uladislao Rege Bohemiæ scribit Gevvold: conventibus Electorum tanquam Coelectorem ipsum interfuisse sub Friderici I. imperio, *dict. cap. 9.* Et de Wenceslao filio Uladislai refert Aventin. eum non modò interfuisse conventibus Budissini seu Budevvicii, Libusæ, Egræ & alibi institutis, verùm etiam autoritate Regiâ præfuisse, *in annal. Bojor. lib. 7. ann. 1227. & 1228. fol. 542. & seq.* † De conventu quoq; Renensi a Ludovico IV. Imp. *anno 1344.* indicto, hæc notat verba Albertus Argentin. † Posthæc convenientibus Principibus in Rens & de scribendo Papæ conferentibus, Princeps, (hoc est Imperator) & Bohemus cum filio suo, cum super læsionibus illis factis concordare non possent, in invidiâ discesserunt, *in Chron anno 1344.* † Et nonnè controversia inter Rupertum Seniorem & Rupertum juniorem Comites Palatinos acerrimè & hostiliter agitata in conventu Nürnbergensi Electorum Collegiali, cui Rex Bohemiæ æquè interfuit, legitur decisa; † quô de hisce verbis testatur diploma Electorale: Daß wir mit allen Churfürsten / Geistlichen und Weltlichen / und sie mit uns mit gemeinen Willen und einmüthiglich / in Keyserlichen Hofe zu Nürnberg zu rath worden und überein kommen seyn / und mit Recht und Urthel funden haben und finden und sprechen vor Recht als ein König in Böhmen des heiligen Reichs oberster Schencke / und ein MitChurfürst der ehegenanten Fürsten / apud Goldastum *in dict. consultat. de offic Elect. Bohem. pag 12.* ex quibus forsan † jus sessuræ ac suffragii in Collegiali Electorum conventu facili negotio Regi Bohemiæ vindicari, quis existimaverit, licet Dom. Arum † ex rationibus Hartm. Mauri, Electoris Coloniens. Consiliarii & rerum Imperialium observatoris diligentissimi, *in tract. de coronat. Carol. V rubr. quo appar. in &c.* multum contra hoc disputet *in disc. ad A. B. 5. concl. 22. & de comit. Imperial.*

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.

*cap. 2. num. 31.* eandemque tuetur pariter *Freher. in not. ad Petr.*
26. *de Andl. lib. 2. cap. 2.* Largimur † etiam fundamentum pro eo ex Bulla nostra *h. t. 12.* desumtum, quæ cum in genere loquatur, ac indifferenter Electoribus Geist- und Weltlichen Churfürsten, ut
27. verba habent, conventus particulares concedat, † non posse non inclusus censeri Rex Bohemiæ. Sed si ad usum & obser-
28. vantiam oculos convertamus, † frustra disputari de eo, quod in Collegio Electorali jam obtentum, gravissimoque præjudicio & quidem in judicio contradictorio decisum est, fateri necessum
29. habemus. Nimirum cum anno 1611. Norimbergæ † in conventu Electorum Collegiali, inter Cardinalem Cleselium Viennensem & Neostadianum Episcopum Serenissimi Dn. Matthiæ Bohemiæ & Ungar. Regis Legatum, & Archi Principes Electores lis hæc
30. acerrimè disputata esset, cecidit sententia contra † sessionem prædicti Regis Bohemiæ Legati. Quibus in terminis rem hodie permanere, haud unquam mutaturam, ipsemet fatetur Goldast. *d. lib. 4. Bohem. cap. 6. in pr.* Ex quo nec † postea in Conventu Ele-
31. ctorum Mulhusii Thuringorum *An. 1620.* celebrato, *Ferdinandus* II. tùm temporis Rex Bohemiæ consultationibus interfuit,
32. quin † nec admodum laboravit, ut admitteretur, tametsi multò plus ejus interesset, quàm Regis Matthiæ propter contradictionem Bohemorum & quæstionem Status ab illis motam, Goldast.
33. *d. cap. 6. in princ.* veluti nec Anno 1636. in † conventu Ratisbonensi Electorum Collegiali Rex Bohemiæ Dn. Ferdinandus III. nunc Cæsar invictissimus, antequam ad electionem novi Regis Romanorum accederetur, ad consultationem perhibetur admis-
34. sus. Hancque observantiam † haud obscurè probat Lex illa fundamentalis, quam Capitulationem Cæsaream vocamus, hoc ipso, quo sex tantummodo Electoribus conventum celebrare permittit, *in verb.* Wir sollen auch zu/daß die gedachten Sechs Churfürsten etc. zu Ihrer Nothdurfft/ auch so Sie beschwerliche Obli-
35. gen haben/ zusammen kommen mögen. † Causas hujus observantiæ si quis scire cupiat, dicimus, vel negligentiam ipsorum Bohemiæ Regum, vel quod ex factiosis Bohemorum electionibus, homines à Regio sanguine quandoque alieni Collegio Electorali obtruderentur, exclusioni ejus à conventibus causam dedisse, ut

alii

autumat Goldast. *dict. cap. 6 n 18.* † Vel quia Reges Bohemiæ olim ex fastu quodam conventibus Collegialibus se subtraxerint, nec etiam collectas & onera Imperii sustinere voluerint, ex quo nec honorum & commodorum Imperii, † inter quæ haud postremum est jus sessuræ & suffragii in conventu Electorum Collegiali, participes sunt facti, Arum. *dict. cap. 2 n 31.*

36.

37.

## QUÆSTIO V.

## *Revocare num queat Imperator vel Princeps privilegia à se vel antecessoribus concessa?*

Non solummodò Regi Bohemiæ, sed & reliquis Electoribus peculiaria aliquot privilegia in Bullâ nostrâ fuisse indulta, ex prædictis manifestum est; Quæ ut majorem obtineant firmitatem † Carolus IV. omnia, quæ illis contraria sunt, privilegia vel à se vel suis Prædecessoribus data & concessa revocat & annihilat, *h. t. 13.* ubi Gerl. Buxdorff. *concl. 96.* Arum. *diss. th. 23.* quo ipso † decisa videtur quæstio aliàs ambigua, Num Princeps privilegiis à se vel antecessoribus datis queat contravenire, haud reservata sibi revocandi facultate? Nec enim credendum vel asserendum, † Carolum IV. quicquam fecisse, quod juri vel rationi adversetur: quin potius justo ex fundamento; quia † par in parem non habet imperium. *l. 3 in fin. ff. de recept. arbitr.* quomodo ergò Imperator ex prædecessoris sui contractu potuerit obligari, Hieron. Marilian. *ad l. quoties. C. de R. V. num. 145.* Dec. *consil. 155.* Felin. *in cap. 1. extr. de probat.* Recedunt nihilominus † Dd. communiter ab hoc deciso, idq; variis distinctionibus & limitationibus implicant. Quibus missis generali inhæremus JCtorum asserto, haud nempè fas esse Principi † privilegia à se vel antecessoribus concessa revocare, quantumvis remuneratio vel nuda liberalitas caussam iis dederit, Hier. Maril, *in d. l. quoties. n. 150. & 151.* Natta *consil. 6[illegible]4 n 67.* Rom. *consil. 436.* Felin. *in cap. novit. extr. de judic.* Soc. *lib. 1 cons 58. & lib. 3. cons 84.* J[illegible] *in l. ex hoc jur ff de just. & jur.* † Nec quod jure contractus competit privilegiatis, solâ potestatis vel potius tempestatis plenitudine iis auferatur, [illegible] à Principe

Tit. 13. A. B

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

cipe Præsule exul, Bald. *in cap. 1 §. ad hæc. de pac. jur. firm.* Paul. Castr. 9. *in l. digna vox. C. de LL.* Marslian. *d. l. n. 127.* † Quis enim cum Principe contrahere vellet, si ipsi vel successori pacto & contractui contravenire liceret, qui tamen in Principis personâ indifferenter bonæ fidei habet naturam, Bald. *in cap. 5. § si quis. de pac. con-* 10. *stant.* Decius *cons. 286.* Ac licet † Princeps non obligetur lege legis, benè tamen obligatur lege conventionis & contractûs, ut lo- 11. quitur Bald. *in d. l. 1 in pr. de constit. princip.* † eoq; stante, & successorem illô obligari, perspicuum est. Rol. à Valle *consil. 15. n. 50.* Felin. *in cap. 1 extr. de probat.* Maril. *d. l. n. 140.* A quo nec eum duo 12. exceperis, cui per electionem fasces deferuntur, † quem æquè antecessorum conventionibus non inutiliter gestis obstringi vulgò docent, Andr. Tiraq. *de primog. quæst. 35. n. 10.* Gall. *2. obs. 154.* Tholos. *lib. 7. de Repub. c. 12. n. 1.* Besold. *de success. Reg. lib. 3. dissert. 2.* An- 13. ton. Peregrin. *de jur. fisc. lib. 2. fol. 109.* † Scilicet, quia non tam Principis persona, quàm autoritas vel dignitas ejus in conventioni- 14. bus attenditur, cujus intuitu † quicquid cum ipso tractatur, peragi censetur, adeoq; mortua quantumvis persona Principis, au- 15. toritas tamen & dignitas ejus in successore residet, quæ † revocationem contractûs neutiquam admittit, Ant. Peregr. *de jur. fisc. lib. 1 n. 37.* Frid. Pruckm. *§ soluta potest. membr. 2. c. 4. sect. 2. n. 10. & 11.* Besold *dict. diss. 2.* Nec quicquam obest, quod par in parem non 16. habeat imperium, cum † dignitas & autoritas Regiminis eadem ex facto suo maneat obligata, Pruckm. *dict. loc.* De quo ne quicquam dubii relinqueretur, sed recens electus Rex Romanorum ex pro- 17. priâ conventione fortiùs obstringeretur, † Capitulationi Cæsareæ confirmationem privilegiorum, quæ Proceres ac Status Imperii ab antecessoribus obtinuerunt, verbis expressis inserere visum fuit Septemviris, Sleid. *lib. 1. comm. p. 28.* Gold. *polit. Imp. tom.* 18. *2. de anno 1519. & anno 1562. & in pol. Imp. part. 12 de anno 1575.* † Sed frustrà dixeris, si antecessorum pactis successor obligetur, ut hactenus demonstratum dedimus? Verendum hoc non erit, si, ut 19. jam monuimus, ad fortius obligationis propriæ vinculum Sep- 20. temviros respexisse, vel revocationi privilegiorum à Carolo IV. *h. t. 13.* exercitæ frenum injecisse asseramus.

*Soli Deo Gloria.*

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Septima,

De

## *Jure, quod ex Feudo competit Vasallo.*

RESPONDENTE

Frantz Heinrich Witzendorff.

*POSITIO I.*

EXpositis constituendi & adquirendi feudi modis, proximum nunc esse videtur, ut agamus de jure feudi jam constituti & adquisiti, cum omnes omninò hominum actus ita sint comparati, ut eorum possit esse usus aliquis, atque ex usu utilitas. Quod idem in omni hoc negotio, quod inter Dominum & vasallum agitur, per se manifestum est; Utriusque enim & vasalli & Domini ex hoc suus est usus, sua utilitas, ut vel ex sola feudi descriptione Oberti de Orto *in tit. 23. lib. 2. F.* intelligi potest, Vult. *de feud. lib. 1. cap. 10. in princip.* Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap. 1. quæst. 1.*

*II.*

Agamus autem primò locô de jure, quod ex feudo competit vasallo: Hoc consideratur vel ratione usûs, vel ratione dispositionis rei feudalis, Vult. *dict. cap. 10.* Ratione usûs vasallus rei ipsius feudalis quasi-dominium habet, quod vulgo vocant dominium utile, id quod haud obscuris verbis exprimit Feudista *in tit. 8. §. rei autem. lib. 2. F.* quando scribit: Rei autem per beneficium rectè investitæ vasallus hanc habet potestatem, ut tanquam dominus à quolibet possidente queat eam quasi vindicare, *arg. l. 1 ff. si ager vectig. junct. l. 23. ff. de R. V.* Rittersh. *de feud. lib. 2. cap. 2. quæst. 2.* Schenck Baro à Tautenberg *ad tit. 23. §. fin. num. 9. lib. 2. F.* Matth. de Afflictis *in præl. feud. num. 61.* Duar. *de feud. cap. 12. num. 1.* Wesembec. *de feud. cap. 9. & 10. num. 4.* Vult.

*dict.cap.10.n.18.* Diss. Borch. *in comm. feud. cap.1. num 13.* Cujac. *in tit.5.lib.1. Feud.*

*III.*

Directum verò dominium rei feudalis sibi retinet Senior, etiam in rebus singularibus feudo subjectis, cum hoc ita concedi soleat, ut proprietas rei maneat apud concedentem, *tit. 23. in fin. lib.2.F.* in tantum, ut nec pacto aliud effici possit, *dict. tit. 23. & tit. 8. §. quamvis. lib. 2. F.* Ruding *lib 2. var. lect. feud. cap. 31.* Matth. de Afflict. *in praelud. feud num. 57.* Diss. Zasius *in Epit. feud part. fin. n.33.* Duar. *de feud. cap.2.n.8.*

*IV.*

Præter utile dominium, possessio etiam rei feudalis competit vasallo, *tit 7. in fin tit 8 §.2. tit.22 tit.26. lib 2 F.* Ritterhus. *in partit feud. lib.2. cap.2. quæst.2.* At qualisnam illa: civilis, an verò naturalis? Existimant Menoch. *1. remed. recup. possess. n 90. & remed.3. retin. poss. num 82.* Guerrin. Piso Soaz *in praelud feud. cap.21. num 3.* Rosenthal *in Synops. feud. cap.8. concl.1. num. 11.* vasallum tantum naturaliter rem feudalem possidere: Sed rectiùs vasallo rei feudalis possessionem tàm naturalem quàm civilem tribuit post Bartol. *in l. naturaliter. 12 ff. de acquir. possess.* Rittersh. *in dict. cap.2. quæst. 2.*

*V.*

Num autem hæc possessio in hæredes vasalli continuetur ipso jure, sic, ut opus non habeant de novo eam apprehendere, quæritur? Distinguunt vulgò inter suos hæredes & extraneos, ita ut in illos, sicut dominium, ita quoque possessio ipso jure continuetur, eisque sine novâ apprehensione acquiratur: In hos verò non item, Coras. *6 miscell.12.* Duar. *de liber. & posth. cap. 3.* Wesemb. *de feud. cap.8. num.5.* Verùm, ne quidem in suos heredes possessionem ipso jure transire, sed illorum demùm apprehensione ipsis acquiri, communis & vera est opinio, *l.23 ff. de acq. vel amitt. poss.* Forst. *in tract. de success. lib 2. cap.4.* Goedd. *ad l. 24. ff. de V.S n 19.* Covarr. *l.3. var. resol.5. n.6.* Viglius Zuichemus *ad §. sui autem. Inst. de her. qual. & differ.*

*VI.*

Ratione usûs porrò competit vasallo jus & facultas percipien-

piendi ac suos faciendi fructus, quoniam ad hoc feudum datur, ut vasallus ex fructibus ejus sese exhibeat, & servitia præstet Domino, quæ plerumque sunt militaria & magnos requirunt sumptus, *tit. 23. in fin. tit. 28. §. his consequenter. tit. 45. & tit. 55. §. firmiter. lib. 2. F.* Rittersh. *in dict. cap. 2. quæst. 2.* Sonsbec. *de feud. part. 10. n. 9.* Wesemb. *de feud. cap. 9. & 10. n. 15.* Et cum usufructuarius simplex quosvis indifferenter fructus acquirat, tàm naturales quàm industriales, & tàm perceptos atq; collectos quàm consumptos; multo magis hoc dicendum erit de vasallo, qui plus est quam simplex usufructuarius, *tit. 8. §. rei autem. lib. 2. F.* Sonsbec. *dict. part. 10. n. 10.* Rittersh. *dict. cap. 2. quæst. 2.*

## VII.

Hinc difficilis suboritur controversia de thesaurô inventô in prædio feudali, cum enim & hic videatur commoditas quædam & fructus prædii, non injuriâ quæritur: Cuinam ille cedat? Joan. Niell. *in disp. feud. 11. th. 6. lit. f.* Rosenthal *de feud. cap. 5. concl. 93.* & Wesembec. *de feud. cap. 12. num. 6.* ita distinguunt, ut si quidem extraneus thesaurum invenerit, dividi debeat inter vasallum & inventorem: sin verò vasallus; totus ei adquiratur: Sed arbitramur, thesaurum casu fortuitô inventum sive à tertio sive ab ipso vasallo, inter Dominum feudi & inventorem dividendum fore: Ab ipso verò Domino inventum, ei in solidum adquiri, *arg. tit. 23. lib. 2. F. junct. §. thesaurus. Inst. de rer. divis. l. 63. ff. d. A. R. D.* Harpr. *ad §. thesaurus. 17. & seq. Inst. de rer. div.* Bocer. *de qual. & diff. feud. cap. 4. n. 10.* Gilken. *in prælud. tit. de rer. divis. n. 57. & ad d. §. thesaurus. n. 29.*

## VIII.

Fructuum autem ex feudo perceptorum vasallus plenô jure efficitur Dominus, ita, ut pro suo arbitrio illos vendere, oppignorare, distrahere, atque de illis quocunque modo disponere possit, uti de rebus suis permissum est domino, *l. in re mandata. C. mandati.* quoniam intentio ipsius Domini feudum concedentis hæc fuisse intelligitur, ut vasallus ex feudo fructus perciperet, ex illisque pecuniâ redactâ, eò melius onera & servitia exequi & sustinere valeret, *arg. tit. 45. lib. 2. F.* Curt. Jun. *de feud. part. 4. num. 106.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 58.* Mynsing.

*cent.4. observ. 86. num.5.* Hartm. Hartmanni ab Eppingen *lib.1. pract.obs.tit.54. obs.40. num.11.* *Gail. *1.obs.117.n.7.* Dill. Vult. *de feud.lib.1.cap.10.n.58.*

*IX.*

Non saltem verò jus percipiendi fructus, sed & facultas lucrandi incrementa rei feudalis vasallo acquiritur; ita, ut quicquid interim fundo feudali accreverit accesseritque, hoc vasallo cedat, præterquam si fundus fuerit limitatus, in quo jus accrescendi sibi locum non vindicat, *l. in agris ff. de adquir. rer. dom.* Aut nisi dominus receperit aliquid, vel sibi reservaverit in prædio feudali, *tit.4 §. si quis. lib 1. F.* aut vasallus ipse quid adjecerit fundo feudali, quod per se subsistere possit, *tit 8. § e contrario lib. 2. F.* Vid. Schenck Baro. *ad dict. tit 4. §.5. & ad dict. tit. 8 §. e contrario.* Rittersh *in partit. feud. lib.2. cap.2. quæst 3.6. & 7.* Schneidw. *in Epit feud. part. 4. n. 81. & seq.*

*X.*

Et quamvis quidam distinguant inter incrementum latens & apparens, ita, ut illud solum spectet ad vasallum, hoc vero accedat Domino feudi directo, *arg. l. item si fundi. §.4. ff. de usufr.* Attamen quia textus de incremento rei feudalis loquentes nullam hujus distinctionis mentionem faciunt, non facile recipienda erit, Rittersh, *in dict. cap 2. quæst.3.*

*XI.*

Quærunt hic Interpretes: An pro eo, quod fundo feudali accessit, vasallus teneatur Seniori plura & majora servitia præstare? Ad quod benè respondet post Ludolph. Schrad. *in tract. feud part.5 cap. 6. num.28.* Rittersh. *dict. cap 2 quæst.5.* non augeri per hoc servitia feudalia, quandoquidem id quod hoc modo jure incrementi vasallo acquisitum est, non tàm liberalitate Domini quàm fortunæ beneficio obvenisse intelligitur.

*XII.*

Ex feudo præterea consequitur vasallus jus & facultatem actiones exercendi, quæ feudi nomine competunt, easdemque excipiendi, etiam Domino absente & ignorante, ità, ut sive obtineat, sive causâ cadat, nihilominus Senior teneatur id omne quod vasallus bonâ fide egit, ratum habere, id quod claris & ma-

manifestis verbis testatur Feudista *in tit. 26. §. si vasallus de benefi-cio. tit. 8. §. Rei autem. & tit. 43. lib. 2. F.* Rittersh. *in part. feud. l. 2. cap. 2. quaest. 16.*

XIII.

Pari etiam modo conceditur vasallo, insciô feudi Dominô de feudo transigere, *dict. tit. 26. §. si vasallus de benef. lib. 2. F.* Rittersh. *dict. cap 2. quaest. 17.* Quod an ita etiam fieri queat, ut prædium quod possidet feudale, aliquo vicissim acceptô, dimittat? controvertitur: Communis est Feudistarum opinio, vasallum, ignorante Dominô, de re feudali cum tertio decidendi solum causâ, hoc est, ita transigere posse, ut ipse vasallus rem feudalem, quam tenet, retineat, aliquô datô vel promissô adversariô, vel ut eandem ab adversario accipiat, non verò ut ipse vasallus aliquo accepto eam adversario relinquat aut cedat, Rosenthal *de feud. cap. 9. membr. 1. concl. 21. num. 2.* Borch. *in tract. feud. cap. 8. num. 44.* Duar. *de feud. cap. 12. num. 10.* Sonsbec. *part. 12. num. 92.* Zas. *in Epit. feud part. 9. num 19.* Sed nos cum Schenck Baron. *in tit. 26. §. si vasallus de benef. & tit. 43. lib. 2. F.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 89.* & Hunn. *in tract. de transaction cap. 2. ex. 6.* existimamus, transactionem vasalli de feudo ratam esse, licet aliquo accepto illud adversario cesserit, *per tit. 26. §. si vasallus de benef. tit. 43. lib. 2. F.*

XIV.

An autem vasallus feudi nomine in arbitrum compromittere, & consensu adversarii judicem eligere possit, qui suâ sententiâ finem controversiæ feudal imponat? intricatæ est quæstionis: Plerisque arridet negativa opinio, Borch. *de feud. cap. 8. num. 45.* Rosenthal. *dict. cap. 9 membr. 1. concl. 22.* Mozz. *de feud. in tit. de nat. feud. num. 75.* Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap. 2. quaest 19.* Sed quod imò vasallus in arbitrum possit compromittere etiam sine consensu Domini, & compromisso Dominus nolens volens stare cogatur, verius est, & nititur texibus expressis *in tit. 15. tit. 34. in pr. tit. 46. lib. 2. F.* Vult. *de feud lib. 2. cap. 2. n. 3.*

XV.

Diximus hactenus de jure, quod ratione usûs ex feudo competit vasallo. Quod ad dispositionem rei feudalis attinet, seri-

bit Feudista: E contrario autem si quid feudo à vasallo additum sit, si quidem tale adjectum sit, quod per se subsistere possit, id est, ut per se censeatur ut prædium, id non accrescit feudo. Si verò per se non possit subsistere, ut servitus, plerisque placet feudo accedere, & sicut partem feudi disponendam esse, meliorem namque conditionem feudi facere potest vasallus, deteriorem verò sine Domini voluntate, vel eorum Agnatorum ad quos per successionem pertinet, facere non potest, *tit. 8.§. econtrario lib. 2. F.* Unde apparet, vasallum ita disponere posse rem feudalem, ut meliorem faciat, non autem deteriorem: Servitutes itaque prædio feudali etiam ignorante Dominô adquirere, & prædio jam ante constitutas vindicare valet, ac retinere, *dict. tit. 8. §. rei autem. lib. 2. Feud.* Rittersh. *part. 2. cap. 2. quæst. 9.*

*XVI.*

Sed utrum eodem modo vasallus imponere possit servitutes prędio feudali? expeditum haut est: Etsi verò non desunt, qui negativam tueantur, Vult. *dict. cap. 10. num. 40.* Schenck Baro *in tit. 8. vers. quid ergo. lib. 2. F.* Curt. Jun. *de feud. part. 4. quæst. 105.* Ruding. *lib. 1 var. lect. feud. cap. 41.* Veruntamen servitutes prædiales feudali prædio jure à vasallo imponi, sic tamen ut duntaxat vasallo, quamdiu feudum habet, noceant, Domino verò nihil præjudicent, verius est, & disertè probat *tit. 8. §. rei autem. lib. 2 F. & ibidem* Cujac. Duar. *de feud. cap. 12 n. 12.* Rosenthal *de feud. cap. 9 membr. 1. concl. 11. num. 1.* Wesembec. *de feud. cap. 11. n 7.* Rittersh. *in partit. feud. lib. 2 cap. 2. quæst. 9.* Borch. *de feud. cap. 8. n. 59.*

*XVII.*

Servitutem verò personalem ususfructûs vasallus prædio feudali imponere nequit, cum hoc modo Seniori præjudicaretur, si quidem vasallus feudi usumfructum aliis constituens, per hoc sumptibus necessariis destitutus, Domino servitia amplius commodè præstare non posset, Vult. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 41.* Henricus à Rosenthal *de feud. cap. 9. concl. 10.* Sonsbec. *part. 12. n. 103.* Ruding. *lib. 1. var. lect. feud. cap. 46.* Curt. Jun. *de feud. part. 4. num. 106.* Schneidvvin. *in Epit. feud. part. 7. num. 11.* Matth. Wesembec. *de feud. cap. 11. n. 5.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. itaetiam quod*

*quod ipsi vasalli. num.* 13. Diss Borch. *de feud.cap.8.n.64.* Pinell. *ad l.1,part.3.num.71.C. de Bon. matern.* Fach. *7.contr.79.* Vide & Rittersh. *dict.cap 2. quæst.11.*

XIIX.

Cæterùm vasallus etiam rem feudalem alii locare potest, modò locatio non sit fraudulenta, *tit.9.§.donare.lib.2.F.* Rittersh. *in dict. lib.2.cap.3. quæst.36.* Vult *dict. cap.10.num.48.* Et quamvis Schenck Baro *ad dict.tit.9.§ donare.num.15.* Zas. *in Epitom.feud part.9.num.12.* Sonsbec. *de feud.part.12.n.84.* Borch. *de feud.cap.8. num.36.* Vult. *dict.num.48.* distinguendum existiment inter locationem ad modicum tempus factam, & eam, quæ fit ad longum aliquod tempus, puta decem vel plures annos, ut hæc non valeat, illa verò subsistat; haut tamen probabilis videtur hæc distinctio propter generalitatem textûs *in dict.tit.9.§.donare.* Ruding. *lib.1. var. lect.feud. cap.53.* Rittershus. *dict.cap.3, quæst. 36.*

XIX.

Cum itaque dispositio Rei feudalis vasallo eatenus saltèm permissa sit, quatenus meliorem reddit conditionem feudi, prout dictum, non verò deteriorem: consequens est vasallum feudum alienare non posse. Quod antiquissimo jure mirum non erat, siquidem vasallus non sibi sed Domino rem possidebat, neque in eo jus aliud quàm precarium obtinebat. At successu temporis jure Vasalli constitutò aliquanto firmius, paulatim factum, ut vasallus id alienare posset, *tit.9.lib.2.F.* Hodiè tamen optimâ consuetudine interdicta est feudi alienatio, constitutionibus Imperatorum Lotharii & Friderici, *tit.52. & 55.tit.9.lib.2.F.* Vult. *dict.cap.10.num.44.* Rittershus. *in partit. feud. lib. 2. cap.3. quæst.1.*

XX.

Quid vero si vasallus vel fame vel magnâ necessitate prematur, anne tunc valebit alienatio: Sanè Ritterh. *in dict. cap.3. quæst 6. &* Menoch. *de arbitr. Jud. quæst. lib.2. cent.2.cas.182.* existimant, si admodum urgens sit necessitas, cui nisi subveniatur per feudi alienationem, vitæ periculum immineret vasallo, liberis ejus, aut uxori, licitum esse vasallo etiam invitô dominô

fen-

feudum distrahere, sic tamen ut prius Domino denuncietur à vasallo, se feudum distracturum, si fortè Dominus emere velit. Quod etsi de jure antiquò forsitan concedendum fuerit, hodie tamen simpliciter feudi alienationem prohibitam rectissimè quis statuerit, per *dict. tit.9. §. necessitate. & tit 55. in pr. lib.2. F.* Schrader. *de feud. part 8. cap.1. num. 21.* Zasius *in Epit. feud. part. 9. num.13.* Welemb. *de feud. cap.11. num.2.* Curt. Jun. *de feud. part 4. quæst.16. n.107.*

XXI.

Porrò cum vasallo interdicitur feudi alienatio, intelligitur alienationis verbô, omnis actus, per quem feudum ad alium transfertur, aut ex quo alienatio feudi sequitur, *tit 52. & 55. in pr. lib.2. F.* Duar. *de feud. cap.12. n.6.* Rosenth. *de feud. cap 9 membr.1. concl.6. in princ* Igitur neque alteri donare potest vasallus feudum, *tit.9. §. donare. lib.2. F.* Neque in dotem aut propter nuptias dare; quamvis ipsa mulier si feudum habeat, marito suo illud dotis nomine donare valeat, propterea quod hoc casu feudum à vasallo non alienetur, quandoquidem jure naturali, reique veritate inspectâ, mulier dominium retinere intelligitur, *l. in rebus. C. de jur. dot. tit.13. & tit.17. lib.2. F.* Zas. *in Epit. feud part.9. num.7.* Rosenthal *de feud. cap.9. concl.9.* Vult. *de feud. cap 10. n.46.* Rittersh. *in partit. feud. cap.3. quæst.26. & seqq.* Sonsb. *de feud part. 12. num. 79.*

XXII.

Neque etiam vendere feudum vasallo fas est, *tit.55. in pr. lib. 2. F.* Quamvis enim existimet Duar. *de feud. cap.12 num.6.* simplicem venditionem feudi non prohiberi, eò, quod venditio perficiatur solô consensu, & feudum in alium non transferat, *l. 20. C. de pact. l.3. ff. de O. & A.* Verum cum venditionem necessariò sequatur traditio, *§. per traditionem. Instit. de rer. divis.* simplicem etiam venditionem feudi prohibitam censeri, tutò asserere licet, cum prohibito consequenti, intelligatur quoque prohibitum antecedens, Vult. *dict. cap.10. num 51.* Borch. *de feud. cap 8. num.35.* Rittershus. *dict. cap 3 quæst.18.* Idem de permutatione verum existimamus, *l.2. C. de permut. l.1. ff. eod.* Zas. *in Epit. feud.*
*part.*

*part.9.num.4.* Rittersh. *dict. cap.3. quaest.22.* Jacob. de S. Georg. *in verb. & cum pacto de non alienando. num.1.* Vult. *dict. cap.10. num.50.*

XXIII.

Sed utrum vasallus feudum in Emphyteusin concedere possit? valdè controversum est. Quod negandum existimamus, cum quævis alienatio feudi Imperatorum constitutionibus sit prohibita, *dict. tit.52.&55. lib.2. F.* quà procul dubio etiam datio in emphyteusin continetur, *tit.9. §. donare. lib. 2. F.* Duar. *de feud. cap.12.n.8.* Jacobin. de S. Georg. *in verb. ita etiam quod ipsi vasalli. num.8.* Hotoman. *in lexic. feud. in verb. libellarius.* Jacobus de Belviso *in tit.55.lib.2. F. & ibidem* Alvarott. Ruding. *lib. 2.var.lect.feud.cap.49.* Borch. *de feud. cap.8. num.37.* Sanè ex generali consuetudine Germaniæ vasallos pascua, terras incultas & eremos feudales in Emphyteusin concedere, testatur Vult, *dict. cap.10. num.47.*

XXIV.

Prohibetur etiam Impp. constitutionibus vasallus feudum oppignorare, *tit.55. in pr. vers. habito. lib.2.F.* eò quod oppignoratio feudi sit species alienationis, debitore siquidem non solvente, creditor, ad cujus securitatem pignus datum est, illud distrahere, atque ex precio inde redacto sibi satisfacere potest, *tot. tit. ff & C. de distr. pignor.* Rosenthal *de feud. cap.9. concl.14.* Zas. *in Epitom feud. part.9. num.6.* Rittersh. *dict. cap.3. quaest.38.* Quod & de hypotheca acceptum volumus; Nam & hæc species est alienationis, *l.fin. C. de reb. alien. vel non.* & generali pignoris appellatione continetur, *l.1. in pr. ff. de pign. act. l.12. §.2. ff. de pact.* Sonsbec. *de feud. part.12. num.100.* Vult. *dict. cap.10. num.43.* Wesembec. *de feud. cap.11. n.5.* Rittersh. *in partit. feud. lib.2. cap.3. quaest.46.*

XXV.

Denique vasallo haud jus est feudum suum alteri in solutum dare, hoc est, creditori volenti pro pecuniâ solutionis gratiâ cedere, cum & datio in solutum species habeatur alienationis, & vicem venditionis obtineat, Rosenthal *de feud. cap.9. concl.7.*

Vult. *de feud. lib.1. cap.10. num.52.* Borch. *de feud. cap.8. num.47.* Rittersh. *dict. cap.3. quaest.23.*

XXVI.

Diximus feudi alienationem prohibitam esse, quod intellectum volumus de illa alienatione, quae fit citra consensum eorum, quorum interest feudum non alienari, aut absque permissione juris feudalis. Etenim quin feudi alienatio cum consensu Domini & Agnatorum, quorum interest, subsistat, vix quisquam dubitaverit. Sed horum consensus in feudo saltèm paterno sive antiquo requiritur, *tit.39. lib. 2. F.* Vult. *cap.10. num. 70. & 72.*

XXVII.

Consensum etiam tacitum tàm Domini quàm Agnatorum sufficere, certum est, & ideo si forsitan praesentibus & scientibus nec tamen contradicentibus ipsis vasallus de alienatione feudi tractet, consensisse intelliguntur, atque ideò alienatio subsistit. Nam quoties quis contradicendo potest actum impedire, si sit praesens & taceat, habetur pro consentiente, *arg. l. qui ad certum tempus. 14. ff. locati. l. qui patitur. 18 ff. mandati.* Zas. *in Epitom. feud. part.9. num.31.* Schrader. *de feud. part.8. cap.4. num.2.* Curt. Jun. *de feud. part.4. num.128.* Rittersh. *in partit. feud. lib.2. cap.3 quaest. 9.* Diss. Vult. *cap.10. n.72. in fin.* Ruding. *lib. 2. var. lect. feud. cap. 43.* Hartm. Pist. *2. quaest.7. n.1.*

XXVIII.

Alienare itidem feudum non prohibetur vasallus permittente lege, quod fit per Subinfeudationem & Refutationem: Subinfeudatio est actus, quo vasallus feudum, quod habet, absque ullius alterius consensu alii in feudum legitimè concedit; Germanis ein Afterlehen, *tit.26. § beneficium tit.34. § similiter, lib. 2. F.* Vult. *de feud. lib 1. cap.10. num 97. & seqq.* Sonsbec. *part.8. num 14.* Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap.2. quaest. 12.* Schneidvv. *in Epitom. feud part.3. num. 89.* Andreas Khol *in tract. de subfeudis. cap.1.*

XXIX.

Haec ut jure subsistat, tria potissimùm attendi oportet: *Pri-*

*Primò:* Ut subvasallus ad præstationem servitiorum feudalium sit æquè aptus, ejusdemque conditionis & qualitatis cum vasallo subinfeudante, *tit. 26. § beneficium lib. 2. F.* Quippe vasallus à Domino requisitus per subvasallum servitia præstare solet; Inidoneum ergo tùm Domino obtrudi, iniquissimum foret, *tit. 52. & tit. 54. lib. 2. F.* Andreas Kohl *in dict. tract. de subfeudis, cap. 2. num. 6.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 44.* Vult. *dict. cap. 10. n. 81.* Borch. *de feud. cap. 8. n. 50.*

XXX.

*Secundo:* Ut fiat Subinfeudatio iisdem pactionibus ac conditionibus, quibus vasallus ipsemet feudum accepit, *tit. 34. §. 2. vers. profectò. lib. 2. F.* ne forsan eveniat, ut gratiâ subvasallo factâ, servitiisque ei remissis, vasallus emolumentô pariter & adjumentô destitutus, domino inservire nequeat, Khol. *dict. cap. 2. num. 17.* Vult. *dict. num. 81.* Hartm. Hartmanni, *2 observ. tit. 54. observ. 37.* Hartman. Pist. *dict. quæst. 44.* Borch. *dict. cap. 8. num. 50.*

XXXI.

Quod si contra factum fuerit, num vasallus feudo privetur? difficilis est disceptatio: Equidem Andreas Khol *dict. cap. 2. num. 25.* & alii, quos ibidem allegat, asserere haut dubitant, feudum hôc casu non amitti nec Domino aperiri, sed si adjectæ conditionis illicitæ casus extiterit, ipsam conditionem vitiari, salvâ manente subinfeudatione. Veruntamen, quod imò subinfeudatio, quotiescunque sub aliis conditionibus facta fuerit, in totum vitietur & feudum amittatur, ad juris rationem propius accedere videtur, *tit. 34. vers. profecto. & ibi* Schenck Baro, *lib. 2 F.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 2. n. 14.*

XXXII.

*Tertio:* ad legitimam subinfeudationem requiritur, ut fiat sincerè ac sine fraude, *tit. 9. vers. vero. tit. 55. §. callidis. lib. 2. F.* Hinc quæritur: An valeat & subsistat concessio subfeudi, facta alicui pro pecuniâ, an verò censeatur in fraudem legis

peracta? Posterius volunt Zas. *in Epit.feud.part.9.n.15.* Schenck Baro *in tit.26 §. beneficium.lib.2.F.* Hartm. Pist. *lib.2.quæst.44. num.5.* Schrader. *de feud. part. 8. cap.2. num.25.* Sed rectius existimat Andr. Khol *in dict. cap.2. num.54.* Subinfeudationem pro pecunia factam omnino subsistere, cum venditio feudi non aliter prohibeatur, quàm quatenus feudum simpliciter per illam transfertur in alium, *tit.52. & 55.lib.2 F.* per subinfeudationem verò pro pecunia factam non simpliciter transferri, nec servitia Domino feudi debita subtrahi, vel inde apparet, quod hæc per subvasallum Domino præstari queant, Vid. *tit.3.§.1.lib. 2. F.*

XXXIII.

Subinfeudatione hoc modo factâ, subinvestitus efficitur vasallus non primi Senioris, sed vasalli subinvestientis, *tit.55. §.2.vers. illud.lib.2.F.* Cui consequens est, quod Dominus feudi non possit cogere subvasallum ad servitia sibi præstanda, Rittershus. *in partit.feud.lib.2.cap.2. quæst.15.* Kohl *in dict. tract. de subfeudis, cap.4.num.38.* Vult. *cap.10.n.84.* Curt. Jun. *de feud. part.4.n.88.*

XXXIV.

Subinfeudari autem possunt feuda tàm Regalia, quàm Non-regalia, quoniam textus de subinfeudatione generaliter loqvuntur. Ac verisimile non est, si ulla hîc existeret distinctio inter feuda, juris feudistici autores eam fuisse prætermissuros. Concedimus tamen, quod per subinfeudationem feudi Regalis, dignitas Regalis non transferatur in subvasallum, sed vasallo nihilominus reverà adhuc annexa maneat, ut maximè subvasallus provinciam Comitatûs, Ducatûs & Marchionatûs ex subinfeudatione acquisiverit; Rosenthal *de feud.cap 9.concl. 24.num.10.* Hunn. *disp feud.9.th.26.* Diss. Schrader. *part.4.cap.1. num.54.* Kohl *de subfeud.cap.2. num.9.*

XXXV.

Refutandi etiam feudum invitô Dominô jus ac potestas vasallo competit, *tit.38. & 44. lib.2. F.* Vult. *de feud. lib.1. cap.10.num.74. & seqq.* Rittershus. *dict. lib.2.cap.2.quæst.20.* Matth. de Afflictis *in prælud. feud. num.50.* Quod plerique ad-

admittunt in feudô ad nulla certa servitia determinatô & restrictô: In feudo autem conditionato, id est, eo quod pro certis servitiis concessum est, sunt qui putant, refutationem sine Domini consensu locum sibi non vendicare, quam opinionem communem testatur Zas. *in Epitom. feud. part. 10. num. 86.* At minus probabile hoc videtur, cum textus, refutationem feudi permittentes, generales sint, & indistinctè loquantur, ac præterea ratio planè nulla hujus distinctionis existat, Vult. *dict. cap. 10. num. 76.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 116.* Ruding. *lib. 2. var. lect. feud. cap. 34.* Borch. *cap. 8. n. 53.* Zas. *in Epit. feud. part. 10. n. 86. & part. 12. n. 14. & seq.*

XXXVI.

Annùm verô vasallus sine consensu agnatorum Domino feudum refutare possit? extra omnem dubitationis aleam positum non est. Existimamus, distinguendum esse inter feudum novum & antiqvum, ita, ut ad refutandum prius non requiratur agnatorum consensus: Antiqvum verò sive paternum feudum vasallus sine horum approbatione refutare nequeat, ut quibus facto vasalli nihil omninò præjudicari, nec jus ipsis in feudo quæsitum ullatenus minui potest, *tit. 39. in princ. lib. 2. F.* Quapropter si vasallus contra fecerit, ac irrequisitis agnatis proximis feudum antiqvum in manus domini refutaverit, sibi soli nocebit, Agnatis non item, Vult. *dict. cap. 10. num. 76. vers. sive autem volente.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 121.* Rittershus. *dict. cap. 2. quæst. 20.* Wesemb. *de feud. cap. 11. n. 11.*

XXXVII.

Porrò refutatio feudi duplex est, propria & impropria: Illa, quæ fit Domino, seu in manus Domini, *tit. 14. & tit. 38. lib. 2. F.* Hæc verò descendentibus & agnatis proximis, *tit. 49. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 10. num. 75. & 77.* Rittershus. *dict. cap. 2. quæst. 22.* Et quidem impropriam refutationem quod attinet, potest vasallus descendentibus seu liberis suis tàm novum quàm antiqvum feudum refutare, siquidem in utroq; descendentes pariter succedunt, *tit. 11 lib. 2. F.* Borch. *de feud. cap. 8. num. 55.* Rittershus. *dict. quæst. 22.* Vult. *dict. cap. 10. num. 77.*

 28. Agna-

Agnatis verò antiqvum duntaxat feudum refutari potest. Nec tamen omnibus indistinctè, sed proximis solummodò, quippe qui remotioribus exclusis in feudum succedunt, iis ergo vasallus præjudicare haud valet. Subsistit autem subinfeudatio proximioribus facta, etiam sine domini consensu, qui invitus agnatos ad successionem admittere cogitur, *tit.39. lib.2. F.* Rittersh. *dict. cap.2.quæst.23.* Vult. *dict.num.77.* Borch. *dict. cap.8.num.56.*

# Ex tit. 14. 15. 16. & 17. Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris.

## *QUÆSTIO I.*

## *Insciis ac inconsultis Electoribus, an Imperator adversus Proceres & Status Imperii processum Banni decernere, eosq́; proscribere queat?*

*Tit.14.A.B.* Solebant quondam vasalli Dominos suos ita contemnere, ut nec bellum ipsis inferre formidarent, Albert. Crantz. *lib.8. cap.21. in Saxon.* Fabric. *lib.7. orig. Saxon.* in quo † ne contra præstitum fidelitatis juramentum quicquam agere viderentur, feuda primùm iis refutabant, postea inimicitias denunciabant, eosdemque malitiosè diffidabant, feuda refutata denuò invadentes & occupantes, Dom. Arum. *hic conclus.1.* † Quod impium facinus judicavit Carol. noster cum insigni perfidia cònjunctum, vel saltèm propter beneficii pristini memoriam meritò venerandam, Schenck Baro à Tautenberg *ad cap.un. tit.38. F. 2.* Noluit ideoque † malitiæ huic ulterius indulgere, triplicem in eos statuens pœnam, Amissionis scilicet feudorum: Infamiæ; & Banni Imperialis, *h.t.14. vers.* Und wer hierwieder thete, *verb.* der soll da-

(margin: 1. 2. 3. 4.)

durch

durch so bald die Lehen und Güter verlohren haben Ehrlos/ und in des Reichs Acht und Bann seyn/ ubi Martin. Rumelin. *part. 2. diss. 4. th. 17.* † Longè severiorem quàm jus feudale, quod feudi amissione contentum, *cap. un. tit. 5. & 17. F. 1.* Sed hanc severitatem haut dubiè furentium vasallorum grassantem licentiam extorsisse, conjicit Arum. *loc. alleg.* † Relictis autem prioribus, hâc vice ultimam duntaxat intueri liceat, quæ uti gravissima, ita non inconsultò & temerè ad hanc properandum, nec † contra inauditum ea decernenda, obstante Capitulatione Cæsarea, § *30. verb.* Daß nun hinfüro niemand hohes oder niedrigen Standes ungehört in die Acht gethan/ bracht oder erkläret werde/ † *Et rursus:* daß dem Beklagten seine Gegenwehr/ vermöge des Landfriedens/ unabbrüchig. † In notoriis equidem delictis, quæ nullo colore palliari vel excusari possunt, ab executione statim fieri initium, nec causæ cognitione nec sententiâ declaratoriâ præmissâ, didicimus ex *confirmat. pac. publ. de Anno 1495. tit. ult. Recess. Imper. de anno 1559. §.* Damit dann hinfüro. *& de anno 1566. §.* auff den Fall. Andr. Gail, *lib. 1. observ. 3. num. 9. & lib. 2. de pac. publ. cap. 3. num. 16. & 18.* Sed quodnam delictum verè notorium sit, dictu difficile: † & verendum, ne asserenti notorium eveniat, quod Alexandro Pontifici accidit, qui cum nimia indulgentia & amore erga filium naturalem, Ducis Urbini & confœderatorum defensionem pro enormibus læsæ majestatis criminibus, & quidem adeò atrocibus reputasset, quæ plane essent inexcusabilia, & nulla tergiversatione celari possent, † hoc responsi accepit, si oculo justitiæ & veritatis benè adversatur, ne delicta quidem, multo minus atrocia aut notoria fuisse, Jason, *vol. 3. consil. 86. in fin.* Ita nimirum † quandoque notoria dicuntur, quæ non sunt, & quæ dubia pro notoriis habentur, ut Pontifex Alexander III. Archiepiscopo Toletano rescripsit, *cap. consuluit 1. extr. de appellat.* Et vix quicquam ita est notorium, † quia Reo competere posset excusatio aliqua, cum & causa bestialis, levis ac fatua à dolo aliquem excuset, *l. igitur. 12. § & generaliter. 3. ff. de lib. caus. l. inter omnes. 47. §. rectè dictum est. 7. ff. de furt.* Nicol. Reusn.

5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

Reusn. *lib.3. decis.2.* Jul. Clar. *lib.5. sent.* §. *ult. quaest.60.num.22.*

14. At iniquissimum foret, † Reum defensione suâ defraudari, quod probè advertit Bavarus, processum Bohemorum Caesaris ministros defenestrantium ex hoc ipso fundamento impugnans; Daß doch so gar den grossen Ubelthätern solche *beneficia juris naturalis* unbenommen/und keiner *sententiiret* oder *exequiret* werden könne/ er sey denn zuvor gehöret/und *legitimè condemniret*, wan gleich eine Sache an sich selbst offenbar ist/ *in resolut. Bohem. legatis datâ, 24. Jul. Anno 1618.*

15. † Et Albertus Megapoleos Dux nil quicquam iniquius judicavit, quam se inauditum condemnari. Ob zwar *notorium*, daß er sich zu der Nieder-Sächsischen Craisverfassung verstanden/ geschehe ihme dennoch gleichsfals ungütlich/ daß er/ ehe und bevor er gehöret

16. und überwiesen/ † ob dasselbe *dolô malô & destinatâ animi voluntate propositoq; laedendi sacram Caesaream Majestatem* bey ihm geschehen oder nicht/sey verurtheilet und des seinigen entsetzet worden/ *in liter. ad Caesar. Majestatem. sub dato* Lübeck/ *20. Octobr. Anno 1629.*

17. Non † ergò negligenda vel saltem summaria causae cognitio & sententia declaratoria in processu Banni, *Ordin. pac. publ. de anno 1521. tit.* Die Poen aller Friedbrecher/ *Recess Imp. de anno 1555.* §. Und nach dem zu Erhaltung/ *Ordin. Camer. de anno 1555. part.2. lib.9.* §. So iemands. *vers.* So bald.

18. † quod nec unquam in causis arduis & praejudicialibus fieri solet. Ex quo introductum reor, ut licet soli Imperatori fas sit Bannum Imperiale des Reichs-Acht / ex plenitudine potestatis in refractarios rebelles & seditiosos † tàm immediatos quàm

19. mediatos irrogare, eosq; privilegiis, dignitatibus & immunitatibus privare, *Recess Imp. Spirens. de Anno 1542.* §. Würde sich aber iemand / Paul. Matth. Wehner. *in observ. pract. verb.* Acht. Dauth *de testam. n.211.* Theod. Reink. *de regim. sec. & eccles. lib.1. class.5. cap.6. n.147.*

20. † contra Proceres tamen & Status Imperii, insciis & inconsultis Electoribus, nequaquam ad proscriptionem seu Bannum sit procedendum, non solùm propter dignitatem personae illustris; sed ex singulari etiàm providentiâ, ac prudentia in processu Banni adhibenda.

21. † Quod quidem hodie expeditum reddit Capitulatio Caesaris invi-

invictisſimi Dn. Ferdinandi III. *§ 30. verb:* Vnd keines weges gestatten daß nun hinfüro iemands hohes oder niedriges Standes/ Churfürst/ Fürst oder ander ohn Vrsach/ auch ungehört u. ohne Vorwissen/ Rath und Verwilligung des heiligen Reichs Churfürsten/ welche sich des Wercks nicht theilhafftig gemacht/ in die Acht und Oberacht gethan/ ꝛc. bracht oder erkläret werde. † Sed quid antea obtinuerit, non extra omnem aleam poſitum videtur: quicquid alii ſentiant, nec olim Impp. absque Electorum & Principum ſuffragiis Bannum in perſonas illuſtres ſtringere auſos fuiſſe, † fateri nos neceſſe habemus, ſi vel antiquorum exempla vel juſtam rationem perſpexerimus: *(1.)* Ita enim † Arnulphus Imp. Carolomanni filius Suatoplucum Moraviæ & Bohemiæ Regem læſæ Majeſtatis Reum, in publico Principum conſilio proſcripſit *Anno 892.* † de quo ita Aventinus: Menſe Majo celebrem Regni conventum apud Hengſtoveld agit, quò cum Suatebogus venire contemneret, hoſtis Reipublicæ judicatur, *in annal Boior. lib. 4 fol. 363.* Parili modo † Imp. Henricus VII. Carinthiæ Ducem Henricum contumacem, nec Cæſaris mandatis parentem Ducatu Carinthiæ non aliter, quàm de Principum Imperii ſententià privatum, ceu læſæ Majeſtatis Reum pronunciavit, atteſtante Hagecio *in Chron. Bohem. part. 1. anno 1310. fol. 377.* † Et ante ipſum, Henricus III. Merſeburgi in Saxonia Conradum Boiariæ Ducem, cui jam prius infenſus erat, incuſatum, quorundam Principum judicio Ducatu dicitur privaſſe ab Herman. Contr. *in Chron. ſub anno 1052.* Cujus veſtigia ſecutus eſt † Henricus IV. quando Otthoni Bojorum Duci rebellionem molienti Goslariæ in corona Principum, & populô ſpectante non modò crimen exprobravit, ſed & à Principibus prævia jurisjurandi admonitione ſententiam rogavit; quo de hæc reliquit ſcripta Aventin. Omnes in ſententiam iverunt. † Factum eſt Senatusconſultum, Ottho hoſtis judicatus & proſcriptus, bona ejus confiſcata, prædia publicata, Bojaria Cæſari adjudicata, *lib. 5. annal. Bojor.* Et Naucler. Privatus eſt Ducatu per ſententiam Saxonum, *vol. 3. chron. gener. 34.* † A Conrado quoque III. Imp. Henricum cognomento ſuperbum, Ducem Bavariæ, Saxoniæ, Hetruriæ &c. in Comitiis Wirciburgenſibus & Gosla-

22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

rienſibus, Ducatibus ſuis privatum, edictoque proſcriptum, ingerunt hiſtoricorum monumenta, apud Reuſn. *in Baſil.geneal. in ſtemm. Duc. Brunſv.fol.407.* Ott. Friſing. *de geſt. Frider.I.Imp.*

31. Calviſ *in Chronol anno 1138.* Eundemq; † referũt proceſſum Banni, de Henrico Leone Bavariæ & Saxoniæ Duce & Electore, tempore Frid.I. Imp. Spangenb. *in Chron.Saxon.cap.232.anno 1180.* De Ottone Wittelsbachio, tempore Otton. IV. Imp. Martin. Cruſ. *in*

32. *annal. Suev. part.2. lib.10.* † Et Fridericum II. filium ſuum Henricum, jam Cæſarem deſignatum, parricidii accuſatum ſententiâ ſeptuaginta Principum condemnâſſe, & in vincula conjectum in Siciliam relegaſſe, fidem faciunt Avent. *lib.7. annal. Bojor. &* Cruſ. *part.3. annal. Suev. lib.1.* quod idem † de plurimis

33. aliis ex hiſtoricis percipere licet, teſte omni exceptione maximo Sereniſſ. Saxon. Electore in conventu Ratisbonenſi *Anno 1623.*

34. inter alia votum ſuum hiſce verbis explicante: † Die vorige Römiſche Keyſere ſeyn in dergleichen Achts Proceſſen ſo behutſam gegangen / daß ſie nicht allein die Chur und Fürſten / ſondern auch das gantze Reich hierüber zu Rathe gezogen / und darauff die Acht und deroſelben *execution* angeordnet / wie ſolches unzehlich viel Exempel / ſonderlich die Magdeburgiſche Acht / (welche doch nur eine Stadt betroffen /) und Gothiſche *execution*, (deren eine *Anno 1551.* die andere *Anno 64.* und *66.* auff denen zu Augſpurg gehaltenen Reichstägen bey Lebzeiten *Caroli V. Ferdinandi I.* und *Maximiliani II.* beſchloſſen worden /) ausweiſen. apud Lundorp. *tom.2. actor.publ.lib.*

35. *6. tract.24. pag.1161.* (2.) † Rationem ſi petas, dico; ſi unquam, certe ex fulmine Banni bellicum tumultum fore metuendum, qui ferè proſcriptionis individuus eſt comes, prudenter monen-

36. te † Sereniſſ. Saxone *in voto jam allegato:* Daß ſolche *executiones* ohne Krieges Macht nicht vorgenommen / und dadurch dem Reiche und den gehorſamen Ständen leichtlich groſſe Gefahr zugezogen / auch Zwieſpalt oder Mißhälligkeiten unter den Ständen *cauſiret*, und angerichtet werden könte / inmaſſen die Pfältziſche *execution*

37. deſſelbe gnugſam zu erkennen gegeben. † Atqui abſque Electorum conſenſu bellum aut turbas imperii nomine movere, jamdudum prohibuit Capitulatio Cæſarea apud Goldaſt. *part.2. rer.polit.*

38. *ſub anno 1519. & 1520.* (3.) † Quem porrò fugit jurata Imperatoris

pro-

promiſſio, ſe nihil quòd magni momenti eſſet, absque Electo-rum conſilio expediturum, *Capit. Caſ.* §. Wir ſollen und wollen auch des H. Reichs, *verſ.* in wichtigen Sachen. † Quin verò cau-ſa & proceſſus Banni ſit magni momenti, tòtumque Imperium ejusque tranquillitatem concernat, nemo opinor dubitaverit. Et ſi omninò quis anceps verba illa Capitulationis ad eas restrin-gere velit cauſas, quarum non modò finis eſt arduus, ſed & qua-rum media dubia, haud expedita ſunt ex mente Danici Legati *in reſolut. data Viennæ 7. Iun. Anno 1621.* apud Lundorp. *dict. tract. 24. p. 1161.* audiat is † Saxonem Sereniſſimum aliter & rectius ver-ba illa explicantem *in voto ſupra adducto:* In des Pfaltzgrafens Achts Proceß hette billich ein ander *modus procedendi* gehalten/ und die Churfürſten des Reichs/ inhalts der Capitulation/ als in einer ſchweren / wichtigen/weitauſſehenden Sache/ daraus die *ruin* des H. Reichs/ wie die Erfahrung und der Augenſchein bezeuget/er-folget/ hierumb befraget werden ſollen. quá cum explicatione convenit ſuffragiũ Electoris Brandeburgici apud Lundorp. *citat. tract. 24. pag. 1163.* (4.) † Nec quid alibi moris ignotum, ſanè Proceres Galliæ in capita ac fortunas ſuas, Banni fulmen Regi ſine conſenſu Parium Curiæ haut largiuntur, † veluti cum Dux Alenzonius Caroli VII. Regis propinqvus, perduellionis reus eſſet, Senatus Regi conſulenti reſpondit: judicium iſtud nec conſtitui nec terminari poſſe, niſi à Paribus Franciæ Rege ipſo præſente, Bodin. *lib. 4. de republ. cap. 6.* † Utque de nobilium ca-pite non niſi in comitiis coram toto Senatu Rex judicet, legem ſe obtinuiſſe gloriantur Poloni, Cromer. *lib. 2. in Polon.* Annum Principes Imperii noſtri inferioris dicemus conditionis, † quos tamen laude pariter & dignitate aliarum Nationum Proceres anteire, noſtrates jactitant, Guilielm. Bruſſ. *in conſ. de bello ad-verſ. Turc. felic. gerendo.* Bernh. Zieritz *de Princip. inter ipſ. dign. prarog.* Franc. Carol. Dux Saxon. *apud. Frider. Achill. in orat. pro germ.* Non immeritò † hinc Elector Brandenburgicus in Conventu Ratisbonenſi *Anno 1623.* excepit: Es würde auff dieſe Weiſe ein Churfürſt und andere Stände des Reichs/ weit *dete-rioris conditionis*, als ein Edelmann in Polen ſeyn/ dann derſelbe

39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46.

nicht als auff offenem Reichstage proscribiret werden könne. *In voto apud* Lundorp. *dict. loc.*

## QUÆSTIO II.

## *Num fas sit Statibus Imperii contra Reos fractæ pacis jus Banni exercere?*

Tit. 14. A.B. 1. Non loquimur hêic de Banno Saxonico adversus Reum criminis fugitivum & contumacem, hunc in finem moribus introductô, ut bannitus pro confesso & convicto habeatur, † inq; territorio bannientis à quolibet capi & executioni tradi possit, Gloss. latin. *in art. 45. lib. 2.* Landrecht. *lit. b.* Gloss. germ *in art. 24. lib. 3.* Landrecht. † quod miserè confundunt Interpp. quidam Juris Saxonici cum Banno Imperiali, utrique id effecti ascribentes, quod bannitus à quovis impunè occidi queat, Chil. König *in tract. banni, tit.* Vrthel der Achts Erklärung. Matth. Coler. *part. 1. decis. 105. num. 2.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. obs. verb.* Acht. Petr. Theodor. *in colleg. crim. disp. ult. th. 4 lit. a.* Christ. Zobel *in addit. Gloss. germ. ad art. 38. verb:* Die auch Jahr und Tag. *lib. 1.* Landrecht/ quorum errorem deteximus *in pract. crimin. part. 3 quæst. 140. num. 131. & mult. seqq.* † Sed bannum duntaxat Imperiale nobis negotium facit, quod ab Imperatore & Camera Imperiali in Reos fractæ pacis decerni videmus, ex concurrentia jurisdictionis circa hunc articulum, *Recess. Imp. de anno 1512.* §. Vnd ob iemands. *Ordin. pac publ. de anno 1521. tit.* Von auffgerichteten Landfrieden/ *Ord. Camer de anno 1555. part. 2. tit. 9* §. Vnd das gegen. & §. Wo aber der. & *tit. 12. in fin. tit. 13. in fin. & tit 14. in fin.* † Annùm ergò de hoc jure nihil participant Proceres & Status Imperii in territoriis ac ditionibus suis? Dixeris ita, si non ipsâ voculâ Banni Imperialis, † attamen legibus & Recessibus Imperii edoctus, qui nullam Principum ac Statuum mentionem faciunt, sententiam banni declaratoriam & executionē soli Cæsareæ Majestati & Cameræ reservantes, ut † videre est *in Recess. Imp. Wormat. de anno 1521. sub tit.* Die Poen aller Friedbrecher. *Recess. August. de anno 1548 tit.* Die Poen der Friedbrecher. & *tit.* Von Poen der Vberfahrer dieser Ordnung. *Recess. August. de anno 1555.*

ord.

2. 3. 4. 5. 6. 7.

*Ordin. Camer dict. tit.* §. So lemands. † ex quo Marchio Johannes Brandenburgicus Duci Pomeraniæ ob fractam pacem publicam agenti & pœnam proscriptionis petenti, haut insulsè fertur respondisse: hoc sibi non convenire, † sed petendum ab Imperatore vel Cameræ judicio, referente Modest. Pist. *part. 1. quæst. 26.* ac voto suo id probante Gailio *lib. 1. de pac. publ. cap. 6 n 8. & seqq. & lib. 2. cap. 1. n. 27.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 6. n. 228.* † Cumque inter causas & personas, quæ in prima instantia ad Cameram pertinent, sive mediatè sive immediatè Imperio sint subjectæ, primo loco ponatur causa fractæ pacis publicæ, † *in Ordin. Camer. dict. tit. 9. Rubr.* Von Personen und Sachen / die von ihrer Art und Eigenschafft wegen / ungeachtet / ob sie mit oder ohne Mittel dem Reich unterworffen / in erster *instantz* an das Keyserl. Cammergerichte gehörig / und erstlich: daß von wegen Vberfährung des Keyserl. Landfriedens am Cammergerichte geklaget möge werden / etc. † hoc ipso jus bannimenti haut obscurè Principibus ac Statibus Imperii ademtum censetur. At contra praxin & observantiam notoriam, qua † inferiores æquè Magistratus fulmine hoc in delinquentes & Reos fractæ pacis hactenus usi fuère: nec sine fundamento, quod petunt † ex *art. 71. & 38. lib. 1.* Landrecht. *art. 24. & 82. ibique* Gloss. *lib. 3.* Landrecht. *art. 12. ibique* Gloss. Lehenrecht. Chil. König Von der Acht oder Verfestung. Genti nimirum Saxonicæ jus bannimenti † multa ante secula ab Impp. indultum fuit, quin & tempore subsequenti à Cæsare & Ordinibus confirmatum, dum Statibus Imperii pro jure & more cujusq; Regionis in violatores pacis † animadvertere permittunt, *dict. Recess. Imper. de anno 1521.* §. Wir wollen aber. & *Ordin. Cam. part. 2. tit. 10.* §. Und sol auch. Et nonne in constitutione pacis publicæ † tàm Imperator Ordinibus, quàm Ordines Imperatori datâ invicem fide, sanctissimè promiserunt, se omnes & singulos operam daturos, ut prædictæ constitutioni de pace publicâ ab omnibus & quibuscunque Imperio subjectis sine controversia pareatur, *dict. Recess. Imper. de anno 1521. & de anno 1548. & 1555.* † Frustra verò hoc, si cognitio criminis & exercitium banni eis denegaretur, quippe sine quo pacem publicam nequeunt tueri, Bartol. *in l. à divo pio. 5. in pr n. 3 & seqq. ff. de re jud.*

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

 Jac.

19. Jacob. Menoch. *lib.1. arbitr. jud quæst.38.* † Hoc tamen prærogativæ largimur Imperatori & Cameræ, ut executio sententiæ bannitoriæ nunquam ab alio fiat: scilicet si Judices inferiores Reos
20. violatæ pacis in pœnam Banni per sententiam declaraverint, † executio judicati per totum imperium ab Imperatore vel Camera est impetranda, Matth. Coler. *dict. decis.108.n.58.* Quo scu-
21. to † si tela ex *Recess. Imperii & ordin. Camer.* nobis objecta excipiamus, tuti erimus; Parùm obstante, quod causa fractæ pacis
22. referatur inter eas, † quæ in prima instantia pertinent ad Cameram, *dict. ordin. jud. Cam. part.2, tit.9. & 20.* id enim si non priva-
23. tivè, † sed cumulativè accipiamus, ita, ut liberum sit actori coram judice ordinario, vel Camerâ processum fractæ pacis venti-
24. lare; † quam explicationem veritas urget, res expedita est, Nic. Reusn. *lib.4, decis.18. n.12.*

## QUÆSTIO III.

## *Fœdera Principum Imperii de mutuâ successione in feudis Regalibus à Cæsareâ Majestate confirmata, num hodiè subsistant?*

*Tit. 15. A.B.* Qvum abrogatæ sint per Bullam nostram illicitæ saltem con-
1. fœderationes, colligationes, conspirationes ac ligæ, mulctâ infamiæ & decem librarum auri in transgressores statutâ, *h. t.*
2. *15.* † eo ipso Principibus & Ordinibus Imperii fœdera non simpliciter interdicta inferre licet. Ac sane ita est; Etsi enim jura fœ-
3. derum inter Regalia referantur, † eique soli competant, qui jura Majestatis exercet, *l.2 §.23. ff. de orig. jur.* Christ. Besold. *lib.1. polit. cap.3.* Warem. ab Erenberg *lib.1. de fœder. cap.2. n.28. & seqq.* atta-
4. men in Imperio Romano-germanico † Proceres & Status, qui & ipsi majestate prorsus expertes haut sunt, de juribus hisce partici-
5. pant; Indultum siquidem est iis, † pro generali provinciarum atque terrarum pace & quiete confœderationes & ligas inter se firmare, *h.t.15. vers.* Doch außgenommen die Verbündnüß. *ubi* Dom. Arum. *discurs.6.* & Gerlac. Buxdorff. Warem. ab Erenb. *dict. cap.*
6. *2. n.13.* Ex quo † quid de Bulla Sigismundi Imperatoris: daß hinfüro niemand / wer der sey / einig Bündnüß oder Einigung machen

oder

oder angehen solle/ ohne des Reichs Wissen/ Gunst/ Urlaub und Willen/ *cap. 7.* Von Bündnüssen. apud Goldast. der Reichs *Constitutionen reformation*, Ordnungen und Ausschreiben/ *p. 169. Et* † *de Reformatione Frider. III. anno 1441 art. 12.* Daß in gantzem Röm. Reiche nun fürbaß kein Bündnüß/ Vereinigung/ etc. sollen auffgerichtet / auch die alten alle abgethan werden/ apud Goldast. *tom 1.* Der Reichs Satzungen. *pag. 167.* habendum sit, perspicuum est; Nimirum † cassatoriæ hæ leges cùm in hoc articulo, tùm in aliis quamplurimis contra Bullam nostram nunquam in usum aut plenam observantiam venerunt, ipsâ experientia, optima rerum magistra teste; † quot enim fœderum exempla, non modò ante † prædictam reformationem, sed & post eam in germania occurrunt? Hæc si ex Aventino, Mutio, Sleidano, Hortledero enumerare vellemus, veremur, ne uterum gestare videatur catalogus. † Loquatur pro nobis Trithemius Abbas Spanhemensis. Quid ille? Sæpe, inquit, tales confœderationes, quas ligas vulgariter Bund/ appellabant, non solum inter civitates, sed etiam inter Principes juratas confirmatasque legimus, quotidie similiter videmus, *in Chron. Hirsaug. sub anno 1366.* † Non aliter tamen valent, nec unquam valebunt Principum & Statuum imperii confœderationes, quàm si ad licitum ac bonum finem, conservationem pacis & tranquillitatem imperii fuerint initæ, *h. t. 15. ubi* Martin. Rumel. *part. 2. diss. 4. concl. 32.* † Quô & refero pacta & fœdera successoria in Ducatibus & Principatibus, quæ vulgo confraternitates, Erbverbrüderungen appellitantur, huncque in finem panguntur, † ut de certo Principatuum herede, mutuâ & stabili successione, defensione, fide & concordiâ fraternâ constet, ac inde familiarum senescentium splendor & dignitas, nec non † in Principatibus & toto imperio pax & tranquillitas conservetur, Andr. Knich. *de jur. Sax. verb. Electorum. cap. 7. n. 60.* Remig. Fesch. *de fœder. concl. 24 lit. g.* † quem finem vulgaris illa formula pactis Principum successoriis inserta luculenter innuit: Nachdeme in Vorzeiten unsere Voreltern und Vorfahren sich umb Nutzens und Friedens willen ihrer aller Land/ Leute und Unterthanen/ mit ihren Landē und Fürstenthumben/ durch Römische Keyserl. Verwilligung etc. zusammen verbunden. † Quorum vigori parum

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.

detra-

detrahit, quod pactio de mutuâ successione jure Civili non modò odiosa † sed & prohibita sit, *l.2 § interdum.ff. de vulg. & pupill. substit. l.15. l.ult C. de pact.* Forst. *in tract. de pact cap.6.* Siquidem ad personas illustres id extendere haut licet, † quippe quarum splendor & dignitas omnem sinistram suspicionem excludit, efficitque, ut fœdera successoria † jure saltem militum subsistant, *l.19.C.de pact.* Remig. Fesch. *dict concl. 24. lit.b.* Udalr. Zas. *vol. 2.consil.1* Nic Reusn. *vol 1.consil 3.* Soc. Jun. *vol.1. consil.143* Andr. Gail *lib.2. obs.126. & 127.* Joh. Limn. *lib.4 jur.publ.cap.8.n.126.& seqq.* Theod. Reink. *de reg secul. & eccles. lib.1.class.4.cap 18.* Warem. ab Erenberg *de fœder.lib.1.cap.2.n.36.* Hotom. *consil.72.n.34.* † accedente præsertim confirmatione Imperatoriâ, quæ omnem ulteriorẽ scrupulum, si quà residet, tollit. Ex quô etiam in feudis Regalibꝰ † fœdera successionis sustinentur, subsistente scilicet pacto alienationis, inter vasallos Imperii cõsensu & approbatione Majestatis Cæsareæ suscepto, *cap.1.de prohib.feud. alien.per Frideric.cap.Titius. vers quod si de feud.def.cont.* Hartm. Pist. *part.2.q.6. n.71.* Joh. Köppen *decis 54.n.67.* Matth. Wesemb. *de feud.cap.11. n.12.* † At nonnè interdictum hodiè spem facere successionis de feudis Regalibus imperio apertis? Discimus hoc ex articulo † Capitulationis Cæsareæ: Wenn Lehen dem Reich und Keys. Majest. bey Zeit der Regierung eröffnet und ledig heimfallen würden/ so etwas merckliches ertrügen/ die sollen sie ferner niemand verleihen/ auch niemand einige *expectantz* oder Anwartung darauff geben/ sondern zu Unterhaltung des Reichs Ihr Majest. und der nachkommenden Könige und Keyser behalten/ und *incorporiren*, biß so lange das Reich wieder zu wesen und auffnehmen kom̃e: ac propterea nec fas est † hodie Imperatori pactis ejusmodi successoriis consensum & autoritatem præbere: † nec valebunt ea quantumvis à Cæsarea Majestate fuerint firmata & probata, Joh. Limn. *lib.4. cap.8.n.153.* † nisi Principum ac Statuum Imperii consensus accesserit, probè monentibus confœderatis familiæ Saxonicæ & Hassiacæ, novum confraternitatis pactum tractantibus † cum Domo Brandeburgica in conventu Numburgensi *Anno 1614.* An ergò tot Principum ac familiarum illustrium pacta successoria † (quorum longum nobis recensent politicorum scripta catalogum. Bartol. Muscul. *de confr.lib.7.8. & 9.* Reinh. König *in theatr polit. part,*

17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28.

*part.1.cap.5.n.49.* Limn. *dict.cap.8.n.173.* Fesch. *de fœder. dict.th.24. lit.c.* Petr. Ritter *de confrat.th.10.apud Arum.vol.1.jur.publ.disc.22.)* irrita & nulla dicemus? †Absit ut hanc nobis sumamus licentiam: nec enim quæ antiquitus valuerunt fœdera, ausu temerariô sunt impugnanda, nec tutô hoc faciet, † quisquis ex hodierna capitulatione Cæsarea fundamentum petere ausit. Non enim ut nunc, ita & olim cum de capitulatione nondum constabat, † facultas reinfeudandi feuda imperio aperta Impp. ademta erat. Frustra aliàs Maximilianus I. Imperator † in investiturâ Ducatûs Wurtenbergici Everhardo Duci factâ juri huic renunciavisset, specialiter cavendo, si Ducatum istum ad Imperium reverti contingeret, † se aut successores suos de eo neminem denuò investituros esse, apud Frid. Hortl. *de caus. belli germanici. tom.1.lib.3.cap.1.* & Melch. Goldast. *in notis*: Zu dem Cadawischen Vertrag/ in Reichs-Satzungen *fol.319.* Ant. Quettam *cons.6.n.1.* Christ. Bes. *in disp. nomicopol. lib.1. disc.6.*

29.
30.
31.
32.
33.

## QUÆSTIO IV.

### *Annon liceat subditis invito etiam Domino, aliò, quò voluerint migrare, ibiq; jura civitatis acquirere?*

Nunquam non ferè in Imperio Romano-germanico quærelæ fuerunt obortæ de Pfalburgeris, Pfalbürgern oder falschē Bürgern. h.e. civibus ac subditis, † qui ordinariæ subjectionis jugum abjicientes, imò ausu temerario contemnentes, aliarum civitatum protectionē, jura ac privilegia impetrant, † & nihilominus in priorum dominorū terris habitant ac resident astutè satis si nō dolosè, quò scilicet oneribus utriusq; civitatis se subtrahant, † posterioris verò emolumenta percipiant, ut videre est ex cōstitutione Caroli Magni apud Goldast. *tom.1.const. Imp fol 11.* Friderici III. Gold. *dict.tom.1. fol.82.* Henrici ejusdem filii, *tom.1.cap.4.fol.79.* † Quibus occurrere visum fuit Carolo IV. per severam sanctionem & præceptum pœnale, ne quisquam Pfalburgeros ejusmodi recipiat, nec † si recepti fuerint, ullatenus potiantur ac gaudeant juribus & privilegiis civitatum, inter quarum cives fuerint asciti, *h.t.16. ubi* Dom. Arum. *hic concl.11.* Cum enim dolosa sit † talis acquisitio civicorum jurium, nec alicui fraus & dolus patrocinari debeat, *l. ne ex dolo. 12.ff de dol. mal l.si duo rei.5.in pr.ff.si quis caution.* † receptio illa omni firmitate meritò carere jubetur, Quod & posteà confirmavit Sigismundus

Tit.16.A.B.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

9. Imperator † constitutione peculiari Noribergæ editâ *Anno 1431.* Goldast. *dict. tom.1.fol.167.cap.3.* Atqui dices hâc ratione prohibi-
10. tum † erit subditis, aliò quò voluerint, migrare & alterius civitatis
11. jura acquirere? Non certè prohibitũ hoc est, † si quisquam civium realiter & absq; fraude aliò se transferat. Subsistit enim Carolus no-
12. ster in dolosa domicilii mutatione, † quę nõ cives, sed incolas facit, Pfalbürger/ quos quasi Palantes, id est, subditos passim vagantes
13. dictos, conjicit Zach. Victor *de exempt. concl.20.* † vel Die zwischen ihren vier Pfälen sitzen/ antiquam habitationem retinentes, ut notat Paul. Matth. Wehner. *in pract. obs. verb.* Pfalbürger. Corporali-
14. ter † autem transeuntes ad civitates, à quibus recepti sunt, ibiq; sine fraude larem foventes & debita onera subeuntes, civium quoq; pri-
15. vilegiis frui debere, expeditum est, *h.t.16.vers.* † Es sey dann/ daß sie leiblich und auffrichtig in die Städte ziehen/ und mit der That und Warheit ohne Betrug in solchen ihren Sitz und Herdt haben/ auch die gewöhnliche Bürde/ als Dienste/ Stadtrecht/ Tribut/ Stewer und andere dergleichen Aufflagen in denselben über sich nehmen und außrich-
16. ten. Non ergò prohibebitur † aliquis domicilium suum mutare, & Dominô etiam invitô, aliò quò voluerit migrare, ibique civitatem acquirere, *arg. l. postliminii.5. §. captivus. ibi: si malit eos sequi. ff. de*
17. *capt. & postl. revers. l. nihil 31. ff. ad municip.* † Cumq; receptio in civem pro singulari habeatur beneficio, non certè quisquam invitus id acquiret aut retinebit, *l. invito.69. ff. de reg. jur. l. hoc jure.19. §. non*
18. *potest.2. ff. de donat.* † veluti exemplo vasalli clarescit, qui quamvis beneficium maximum à Domino obtinuerit, id tamen rursus etiam invito refutare potest, *tit.38. F.2.* Zas. *de feud. part.10. n.85.* Sonsbec.
19. *de feud. part.12. n.14.* quidni igitur † jus civitatis? de quo ita Cicero: O jura præclara, inquit, atque divinitus jam inde à principio Romani nominis à majoribus nostris comparata, ne quis invitus
20. civitate mutetur, † neve in civitate maneat invitus, Cic. *pro Balbo* Ernest. Cothman. *Respons. Academ.19. n.4.* Henr. Bruning. *de jure universit. conclus.39. lit. a.* Andr. Gail. *lib.2. observ.36. num.7.* Bern-
21. hard. Gręv. *lib.2. observ. pract.36. consid.2. num.3.* † Legimus tamen Patritiis Anglorum, Scotorum & Danorum sine Principis venia insulâ exire, haut permissum esse, Johan. Bodin. *lib.1. de Republ.*
22. *cap 6.* † Eoque jure à majoribus accepto etiamnum uti Neapoli-
23. tanos, testatur Matth. de Afflictis, *decis. 265.* Sed specialis † est hæc

pro-

prohibitio contra jus commune, cui superior Magistratus derogare valet, Arum. *dict. concl. 11.*

## QUÆSTIO V.

### *Pœnâ diffidationis, quæ est gladii, an plectendus sit, qui, per literas publicè affixas minatur alicui incendium,* (Er wolle ihm einen rothen Hahn auffs Haus setzen) *vel necem.* (Er wolle ihn erschiessen/ oder eine Kugel schencken?

Neminem offendat Sanctio Carolina certum diffidationis intimandæ terminum ac modum præscribens, *h. t. 17.* quo ipso haut obscurè eam approbat. Quod † æquè fecit Frider. III. Imperator, singulari constitutione diffidationem ad eum restringens casum, quò justitia impetrari nequit, *Recess. Imper. de anno 1442.* § Daß niemand den andern beschädige. † Id enim juris erat tum temporis, quando lites armis nostrates finire solebant, Da das Faust- oder Kolbenrecht in schwang gieng/ Dom. Arum. *hic concl. 16.* Contra † quem morem graviter disserit Petr. de Andlo *lib. 2. de Rom. Imp. cap. 16.* & Nicol. Cusan. *lib. 3. de concord. cathol. cap. 34.* Statuatur lex, (inquit hic) † quod nulli liceat sub pœna furti vel latrocinii violenter vel propriâ autoritate ex quacunque causa alterius bona occupare, aut sibi aut suis per diffidationē damna inferre, sed omnia fiant judicū autoritate &c. † Factum quoq; id est à Maximiliano I. Imper. qui publica lege omnes sustulit diffidationes in Comitiis Wormatiensibus *Anno 1495. sub Rubr.* Der Königl. Landfriede: † Darauff haben wir alle offene Vehde durch das gantze Reich auffgehoben und abgethan/ heben auch die hiemit auff/ und thun die ab von Röm. Königl. Macht/und mit Krafft dieses Briefes. Quam legem aliquoties legimus † repetitam *in Recess. Imp. de anno 1500. 1512. 1521. 1548.* Rectè omnino, siquidem diffidationes speciem habent bellicæ denunciationis, ad quam † sine autoritate & mandato summi Principis haut deveniendum, *can. cumq; culpatur. 3 q. 1* Arnold. Clapmar. *lib. 1. de arcan. Rerump. c. 10* Joh Bod. *lib. 1. de Repub. cap 10.* † Quin & diffidatio pro crimine fractæ pacis habetur, *dict. Recess Imp. de anno 1521. & 1555.* §. Wir setzen. *& sub tit.* Die Poen aller Friedbrecher. *Ordin. provinc. Ducis Saxon. Georg. de anno 1526. sub. tit.* Muthwillige Ve-

Tit. 17. A. B. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

vech-

vehder. & *Ord. D. Aug. Elect. de Anno* 1555 *pag.* 61. Petr. Frid. Mindan. *de process. Camer. lib.* 1. *cap.* 25. *sect.* 3. Modest. Pistor. *vol.* 1. *consil.* 39.

11. † Dubium hinc non est, quin diffidatores Bannum Imperiale incurrant, & si deprehendantur † pœnâ gladii sint plectendi, *const. pac.* 12. *publ.* Die Poen aller Friedbrecher. *de anno* 1521 *Recess. Imp. de anno* 1555. §. Wir setzen/ordnen etc. *Ordin. crim Carol. art.* 128. & 129 *Const.* 13. *Elect.* 14. *p.* 4. Sed num & is gladio feriendus, qui † literis publicis affixis minatur alicui incendium: Er wolle ihme ein rothen Hahn 14. auffs Hauß setzen/ vel necem, Er wolle ihn erschiessen? Priori † casu 15. in puncto incendii hoc affirmamus: Posteriori verò negamus. † Pro diffidatore namque habendus, qui facto aliquo per emissionem vel affixionem literarum, scoparum, carbonum, vel papyri incendium minitatur, Matth. Steph. *ad art.* 128. *ordin. crimin. Carol.* Dan. 16. Moller. *ad Const. Elect.* 15. *part* 4. Mindan. *dict. cap* 25. † non etiam qui certæ personæ per literas emissas minatur necem, Matth. Wesemb. *in* §. *item lex Julia de vi publica. n.* 4. *Inst. de publ. jud.* Dom. Arumæus *hic concl.* 17. Joach. à Beust, *ad l. admonendi.* 31. *ff. de jurejur.* 17. *n.* 1179. † Ratio diversitatis obscura haud est, cum incendium certæ tantummodò indictum personæ, præter mentem & voluntatem faci- 18. limè toti communitati contingere queat. † juxta vulgatum illud: Tua res agitur, paries cum proximus ardet. Quod tamen de nece u- 19. nius personæ asseri nequit. † Non minimum verò diffidationis habetur requisitum, ut ex minis hostilia toti populo seu communitati sint expectanda, Mindan. *dict. loc. sect.* 6. Wesembec. *dict. loc.* Reinhard. Rosa *ad Dan. Moller. const. Elect.* 15. *n.* 6. *p.* 4. Paul. Matth Weh- 20. ner. *in pract. observ. vocab.* Bevehden. Quantumvis † autem minitator per literas necem indicens pœnam gladii effugiat, non tamen propterea dimittendus erit, sed incarcerandus & tamdiu deti- 21. nendus, † usque dum sufficientem cautionem per fidejussores vel pignora de non offendendo præstiterit, *l. illicitas.* §. *ne potentiores. ff. de offic. præs.* Petri à Placha *in Epit. delict. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 1. Jul. 22. Clar. *in pract.* §. *ult. quæst.* 77. *n.* 2. † De quo cum fusè scripserimus *in pract. crim. part.* 1. *quæst.* 37. rumpimus filum.

*Soli Deo Gloria.*

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Octava

De

## *Jure, quod ex Feudo competit Seniori.*

RESPONDENTE

MARTINO Mannfeld Dantiscano.

*POSITIO I.*

Diximus disputatione præcedenti de juribus, quæ ex feudo acquisito competunt Vasallo, pro quibus ille vicissim obligatus est Domino, omnibus viribus belli pariter & pacis temporibus ea, quæ fidelitatis appellatione continentur, præstare, *[illegible] lib. 2.* cum nullum omnino feudum sit, ex quo fidelitas non debeatur, *Rosenth. de feud. cap. 1. num 22.* adeò, ut feudo concesso, semper sub ea conditione id concessum intelligatur, si vasallus fidelis erit, daß der Lehnmann seinem Lehnherrn hold/ getrew und gewärtig sey. Suntque eorum, quæ vasallus Domino debet, duo genera; quorum unum spectat ad *honorem & reverentiam*, patrono exhibendam, alterum consistit *in consilio & auxilio*, vel servitiis vasallicis sive feudalibus, quæ tamen ipsa quoque ex reverentia tanquam ex fonte profluunt: Frustra enim fidem & reverentiam vasallus juraverit, si non reipsâ eam declaret præstatione servitiorum, Rittershus. *in partit. feud. lib. 2. cap. 1. quæst. 3.* Vide Vultej. *lib. 1. feud. cap. 10. n. 31.*

*II.*

*Reverentiam & honorem* vasallus ultro, etiam non requisitus, imò ad nullum servitium Domino obligatus omni tempore & loco Seniori exhibere debet, & quantum fieri potest, Dominum & honorem ejus extollere, nec unquam malum, quantumvis verum, de eo loqui, nec quicquam facere, quo Domini existimatio, dignitas vel status minuatur aut lædatur, *[illegible]*

*d[illegible]* 53. *tit.* 44. *lib.* 2. *F.* Schrad. *in tract. feud. part.* 8. *cap.* 4. *num.* [illegible] & *part.* 10. *sect.* 5. *num.* 127. Schneidwein. *in epit. feud. part.* 3. *num.* [illegible] & *seqq.* Gothofr. Anton. *in disp. feud.* 7. *th.* 2. Id quod etiam de jure Saxonico cautum, daß der Lehnmann den Herrn mit Worten und Wercken in Ehren halte, sonsten verleuret er seine Lehen / *cap.* [illegible] Lehnrecht. Zobel. 2. *differ.* 43.

*III.*

Hinc vasallus adversus Dominum suum famosâ actione aut exceptione experiri non potest, ita enim de libertis [illegible] legimus, quod non possit patronum suum famosâ actione convenire, nec sese adversus patronum famosâ exceptione [illegible], quia ejusmodi actio & exceptio famam & existimationem patroni suggillat, & reverentiam illi debitam [illegible], quae [illegible] ta & tecta esse debet, *l.* 10 §. 12. *ff. de in jus vocando*, *l.* [illegible] §. [illegible] *ff. de dolo malo*, *l.* 5. §. 1. *ff. de obseq. par. & patr. praest.* quam rationem [illegible] in domino feudi obtinere, palàm est, *arg. tit.* 24. *lib.* 2. *F.* Ne tamen in damno sit vasallus, aut in lucro injusto Dominus, [illegible] superanda est, ut in factum actio vel exceptio detur, [illegible] *ff. de dolo malo.* Rosenthal. *de feud. cap.* 10. *concl.* [illegible]. [illegible] *in part. feud. lib.* 2. *cap.* 1. *quaest.* 6. Schrader. *de feud. part.* 8. *cap.* [illegible] *n.* 15. Sonsb. *de feud. part.* 11. *n.* 49. Wesenb. *de feud. cap.* 5. & 14. *n.* [illegible]. Duar. *cap.* 14. *n.* 13.

*IV.*

Proinde denegatur vasallo adversus dominum suum interdictum Unde vi, quia & hoc existimationem ejus, adversus quem dirigitur, gravat & atrocitatem facinoris in se continet, *l.* 1. §. 43. *ff. de vi & vi arm.* Quod tamen fallit, si vi armata [illegible] sit dominus adversus vasallum, quo casu interdictum unde vi haud denegandum, *dict.* *l.* 1. §. 43. Menoch. *de recuperand.* [illegible] *remed.* 1. *num.* 94. Zas. *in epit. feud. part.* 11. *num.* 25. Rosenthal. *cap.* 10. *concl.* 23. *n.* 2. & 5. Ritersh. *dict. cap.* 1. *quaest.* 7. quamvis [illegible] Vult. *de feud. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 15. Borch. *cap.* 9. *n.* 15. Jacob. de S. Georg. *in verb.* & *dicti vasalli. num.* 6. Gothofr. Anton. *disput. feud.* [illegible] *thes.* 2.

*V.*

Quae ratio, quoniam cessat in interdicto uti possidetis, ut quod

quod ejus, adversus quem dirigitur, existimationem non lædit, nec famam sugillat, neque etiam dolum ipsius arguit, quo minus vasallo adversus dominum hoc interdictum detur, nihil prohibet, Rosenthal. *dict. cap. 10. concl. 25. num. 6.* Menoch. *de ret. poss. remed. 5. num. 124.* Ex numero tamen famosarum actionum & accusationum excipitur accusatio perduellionis, & criminis læsæ majestatis, quam à vasallo adversus dominum jure intentari, communis est opinio. Vide Schenck Baro *ad tit. 24. §. item si de fuerit n. 3. & 4.* Ritersh. *in partit. feud. dict. c. 3. quæst. 3.*

*VI.*

Utrum autem vasallus dominum suum sine permissu ac venia Magistratus possit in jus vocare? admodum controversum est. Vasallo hoc permissum, statuunt Rosenthal *in synops. feudal. cap. 10. concl. 25.* Schrad. *part. 6. cap. 7. num. 19.* Borch. *de feud. cap. 10. num. 52.* Schneidewin. *in epit. feud. part. 7. num. 118.* Ruding. *lib. 2. [illegible] feud. cap. 44.* Verum tamen quoniam JCtus Modestinus generaliter eas personas, quibus reverentia præstanda est, sine jussu Prætoris prohibet in jus vocare, *in l. 13. ff. de in jus vocand.* nequaquam vasallo hoc concedendum erit, sive actio intentetur de re ipsâ feudali, sive de re quavis aliâ, Zas. *in epit. feud. part. 7. num. 21.* Wesemb. *in paratit. ff. de in jus voc. n. 4.*

*VII.*

Pari modò ob reverentiam & honorem debitum, vasallus prohibetur testimonium dicere adversus Dominum, *in c. 31. § finis haec. lib. 2. f.* ubi Feudistæ distinguit inter causam criminalem & civilem, & rursus inter causam civilem magnam & modicam, ut in criminali causâ, quâ agitur de capite aut existimatione domini, indistinctè arceatur à testimonio vasallus, sive magna & gravis, sive modica & levis sit causa: In Civili autem causâ modicâ non admittatur, secus autem in magnâ, *dict. c. 31. § similiter.* Hujus distinctionis hanc proferunt rationem, quod major habeatur delictum ejus, qui in levi causâ reverentiam domini lædit, ac contra illum testatur, quàm qui in causâ arduâ & gravi profert testimonium. Vide Rittershus. *in dict. cap. 1. quæst. 10. & 11.* Rosenthal *dict. cap. 10. concl. 25. num. 27.* Duar. *de feud. cap. 14. num. 12.* Zas. *in epit. feud. part. 10. num. 40.* Schneidewin. *part. 8. cap. 14. num. 25.* Vult.

*lib.1.cap.11.num.27.* Schenck Baro *ad d.l.5. [illegible]* [illegible] *de feud.cap.10.n.15. & cap.15.num.5.* Borcholt *cap.3.n.[illegible]*

## IIX.

Ex eâdem porrò reverentiâ dependet, quod dominus [illegible] vasallo litigans non possit adigi ad juramentum calumniae, [illegible] *tit.33.vers.in quibus,lib.2.* Rosenthal, *in Synops. feud. cap.[illegible]* *num.10.* Vult. *de feud.lib.2.cap.[illegible].num.[illegible]* [illegible] *12.* Sonsbec. *de feud.part.14.num.[illegible]* Borcholt *cap.[illegible]* [illegible] num eodem jure gaudeat vasallus, in judicio cum [illegible] tendens, quaeritur? Affirmat hoc Feudista expressis verbis [illegible] *tit.33.vers. in quibus, lib.2.F.* propterea, quod quid juris [illegible] in alium statuit, ipse eodem jure uti debeat: Verum [illegible] Feudistae sententiam non modò apertè falsam, sed etiam [illegible] dam esse, ac rationi planè contrariam, rectè monet [illegible] *[illegible].comm.15.* Vide Rittershus. *in d.l. cap.[illegible] quaest.[illegible]* [illegible] *C. de jurejur.propter.calumn. dando.pag.mihi [illegible]* Cujac. [illegible] *tit.36.*

## IX.

Illa namque omnia, quae ob reverentiam domino debitam vasallo adversus Seniorem denegantur, de quibus hactenus [illegible] mus, domino adversus vasallum licita ac permissa intelliguntur, Schrader. *in tract.feud.part.8.cap.17.num.14.* Zas. *[illegible] part.7.num.57.* Rittersh. *d.l. lib.2.cap.6. quaest.13.* [illegible] *num.8.* quamvis dominus suo fideli in omnibus vicem [illegible] ac fidelitatem praestare sit obstrictus, *tit.[illegible] lib.2.F.* Rosenthal. *cap.[illegible] 8.concl.1.n.1.* Menoch. *de arbitr. judic. quaest. lib.2.cent.[illegible]* Gothofr.Ant. *disp.feud.7.th.[illegible]*

## X.

Alterum genus eorum, quae vasallus Domino praestare obstrictus est, consistit *in consilio & auxilio*, sive in servitiis feudalibus, quae nihil sunt aliud, quam operae, quas vasallus propter feudum sibi concessum ad utilitatem Domini regulariter praestare tenetur, *tit.23.[illegible] lib.2.F.* Vult. *cap.[illegible] num.[illegible]* [illegible] quàm belli tempore, ut qui juramento fidelitatis Domino [illegible] obligavit ad ferendum ei auxilium, quotiens periculum [illegible] sionis vitae, membrivè aut laesionis alicujus ipsi in personâ [illegible]

ncat,

*[illegible] tit. [illegible] lib. 2. F.* quod sane extra bellum etiam accidere potest, *[illegible] in partit. feud. lib. 2. cap. [illegible] quæst. [illegible]* [illegible] *[illegible] de servitiis feud. part. [illegible] num. 54.* Sonsbec. *de feud. part. [illegible] num. [illegible]* [illegible] *cap. [illegible] num. 1.* Hisce vulgo intermedium ad-[illegible], & de utroque participans, quando scilicet vasallus comitatur Imperatorem Romam ad suscipiendam à Pontifice Coronam Imperii in Italia, quod veteribus Historicis rerum Germanicarum est *Transalpinare*, quasi Alpes transcendere [illegible] *[illegible] quæst. [illegible]* [illegible]: Wann die Teutschen [illegible] König [illegible] und der denn gen Rom zicht zur Krönung / so sind [illegible] [illegible] Fürsten mit Ihm [illegible] / [illegible] die ersten in [illegible] [illegible] der Bischoff von Meintz / und der [illegible] / und der von Cölln / und der Pfaltzgraff von dem Rein / der Hertzog von Sachsen / und der Marggraff von Brandenburg / durch das / das dem Babst [illegible] der Königs rechte Köhre: Auch soll damit [illegible] [illegible] ein [illegible] Mann mit seinem Herrn / [illegible] der ihme zu Lehn hat / oder soll die Fahrt lösen mit [illegible] Pfand des Zinses / den er jährlichen von ihme hat / *per text.* [illegible] [illegible] Schneidevin. *in spec. feud. part. 5. num. 14.* Sed parum [illegible] habet hoc genus [illegible].

VI.

Quin etiam consilio & auxilio vasallus Dominum juvare debet, non solùm ad defendendum, sed & offendendum, *[illegible] [illegible] quæst. [illegible] lib. 2. F.* id quod in justa causa indubitate procedit. Quid si Dominus causam notoriè & manifestè foveat injustam? Respondet Feudista, nihilominus vasallum teneri dominum suum juvare ad eum defendendum, ad offendendum verò non cogi, *tit. 28. lib. 2. F.* Quæ Feudistæ sententia & distinctio, uti communi ferè omnium Interpp. calculo approbatur, ita & verissima est. Rosenthal. *in Synops. feudal. cap. [illegible] concl. [illegible] num. 2.* Schrad. *part. [illegible] cap. [illegible] num. 26.* [illegible] *tract. de servitiis feud. part. 2. num. 54. & seqq.* Sonsbec. *de feud. part. 11. num. 26.* [illegible] *in spec. feud. part. 7. n. [illegible]* [illegible] *in part. feud. [illegible] lib. 2. cap. [illegible] quæst. [illegible]* [illegible] Schenck. Baro *ad d. tit. 28.* & Schneidvv. *in spec. feud. part. [illegible] num. 102.*

 2. Quod

XII.

Quod si plures sint Domini diversorum feudorum, & eodem tempore servitia requirant, in propriâ personâ antiquiori serviendum rectissime quis dixerit, *arg. tit. 28. §. contra omnes. tit. 7. lib. 2. F.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 27. num. 39.* Quod nec de jure Saxonico aliter se habet; Ob ein Mann hat zweene Herren / oder mehr / die ihme gebieten des Reichs Dienst / der ihme das zum ersten gebeut / mit dem soll er in eigener Person ziehen / und den andern allen soll er Herfahrt geben / das ist / das zehende Pfundt / oder den zehenden Schilling / den er jährlich von dem Gute hat [illegible] recht. Benedictus Reinhardus *part. 3. disser. 33.*

XIII.

Servire porrò domino ipsumque adjuvare tenetur vasallus contra omnes omninò homines, *tit. 7. tit. 28. lib. 2. F.* Vult. *lib. 1. de feud. cap. 10. num. 26.* Kohl *part. 7. num. 1.* non tamen contra seipsum, à quo ordinaria incipit charitas, & vasallus cum juraverit, se dominum contra omnes defensurum, de extraneis [illegible], non autem de seipso cogitâsse videtur. Etenim, si expressè fuisset interrogatus de se, verisimiliter jusjurandum recusâsset, *vide* Kohl. *in dict. tr. de servit. feudal. part. 7. num. 30. & part. 4. num. 22.* Vult. *in dict. cap. 10. num. 28.* Rittershus. *in dict. cap. 1. quæst. 25.* Zas. *in epit. feud. part. 7. num. 34.* Ex quo clarescit, vasallum non teneri salutem domini propriæ vitæ anteponere, *arg. l. nominis. 31. quæst. 2.* Vult. *dict. cap. 10. num. 28.* Kohl *in dict. tract. part. 4. num. 21. & seqq.* Sonsbec. *part. 11. num. 33. & part. 12. num. 12.* Jacob. de S. Georg. *in verb. & promiserunt. n. 17.* Zas. *dict. part. 7. n. 37.* Schrad. *part. 6. cap. 6. n. 36.* Rittersh. *in dict. quæst. 25.*

XIV.

Sicuti autem vasallus non tenetur domino adversus seipsum servire: ita nec obligatus est Seniorem juvare adversùs proprios suos parentes, *supr. dict. tit. 32.* Cujac. *in tit. 28. vers. [illegible] lib. 2. F.* Zas. *de feud. part. 7. num. 40.* Sonsbec. *part. 11. num. 30.* Neque contra liberos suos, cum jure naturali parentes obligati sint ad liberos suos defendendos potius, quàm persequendos, adeoque obligatio vasallatica contra jus naturale interpretationem non recipi-

pr. Vlt. l. 1. ff. ad L. Pomp. de parricid. [illegible] Ritterh. lib. 2. c. 1. quæst. 13. Vult. d. cap. 10. n. 35.

XV.

Pariter nec obligatus est vasallus operam ferre domino adversus uxorem suam, præterquam enim, quod cum uxore sit una caro, è diametro hoc repugnaret individuæ vitæ consuetudini, quâ maritus & uxor invicem copulantur; cujus ratione maritus tenetur eam tam in adversâ quam secundâ fortunâ uxori adsistere, eamque protegere. Præterea neque adversus Patriam suam, aut patriæ partem domino servitia sunt præstanda, cum jamdudum omnes sapientes judicârint, patriæ salute nihil carius quicquam esse, arg. l. minime ff. de relig. & sumt. funer. l. postliminium. §. filius. ff. de captiv. & postlim. reverf. Kohl in tract. de servit. feudal. part. 3. num. 31. Vult. d. cap. 10. num. 31. Sonsbec. de feud. part. 11. num. 8. Borch. cap. 7. num. 43. Intrigl. quæst. feud. 58. num. 2 & quæst. 55. num. 115. Jacob. de S. Georg. in d. cap. 1. [illegible] num. 13 & 14. Laurent. Sylvan. de feud. recognit. quæst. 103. n. 17. Zas. part. 7. n. 34.

XVI.

Insuper neque contra summum Principem sive Imperatorem Romanum juvandus est à vasallo dominus, cum hic nominatim & expressè excipiatur in tit. 7. & tit. 43. [illegible] Schenck Baro. Tautenb. d. cap. 1. quæst. 20. Quod idem dicendum de Domino antiquiore, quem æquè exceptum voluit jus feudale, d. tit. 43. usque adeò, ut ne quidem per substitutum adversus antiquiorem Dominum posteriori domino vasallus suppetias ferre queat, arg. d. tit. 28. lib. 2. F. Rosenth. in Synops. feud. cap. 5. concl. 26 n. 3. Schrad. part. 6. cap. 8. n. 20. & 21. Dn. Schneidewin. in epit. feud. part. 5. n. 46. Kohl in d. tract. part. 4. num. [illegible] & seqq.

XVII.

E contrario verò adversus posteriorem Dominum vasallus antiquiori rectè servitia præstabit, quippe qui in juramento fidelitatis posteriori præstito semper exceptus intelligitur, d. tit. 28. lib. 2. F. Quid autem si accidat, ut ignoretur, uter Dominus alteri sit antiquior? Existimat quidem Andr. Kohl in tract. de servit. feudal. part. 3. num. 45. & seqq. hoc casu utrique servitia non

[illegible]

esse per substitutum: Sed rectius forsan fecerit vasallus, si quieverit, & neutri auxilium tulerit, Hunnius *in diss. feud. [illegible] thes. 41.*

XIIX.

Cæterum vasallus non cogitur Dominum suum juvare, priusquam à Domino requisitus & interpellatus fuerit, [illegible] *vers. & si scivero, tit. 28. §. ad hæc, lib. 2. F.* Nam cùm servitium feudale certo tempore definitum non sit, sed ex usu & [illegible] Domini determinationem recipiat, de eo autem constare non possit vasallo, si non fuerit ei denunciatum, utique [illegible] Domini necessaria erit, Rosenth. *cap. 28. concl. [illegible]* Schrad. [illegible] *n. 38.* Andr. Kohl *in dict. tract. part. 7. n. [illegible] & seq.* [illegible] *7. n. 27.* Sonsb. *de feud. part. 11. n. 45.*

XIX.

Quinimò etsi vasallus sciat, dominum indigere servitio, et tunc quidem sese ultrò offerre, & domino servitium præstare non tenetur, cùm in potestate sit domini, velit ne uti servitio necne. Quod tamen limitandum existimaverim, si grande periculum immineat domino, *tit. 37. §. fin. tit. 28. §. ad hæc, vers. [illegible]* F. Schrader. *dict. cap. 6. num. 38.* Andr. Kohl. *dict. tract. part. 7. num. 5.*

XX.

Hoc autem modo vasallus à domino requisitus comparere debet, atque regulariter in propria persona Domino servire, quoniam cum feudum alicui constituitur ob servitia fidelia præstanda, electa videtur ejus persona fides & industria, *arg. tit. [illegible] lib. 2. F.* quod cum sit, substitutus non admittitur, Rosenth. [illegible] *feud. lib. 2. cap. [illegible] quæst. 31.* Andr. Kohl. *in dict. tr. de servit. feud. part. 1. num. 159.* Dn. Rosenbohl. *in Synops. feudal. cap. 8. [illegible] num. 6, cap. 6. num. 44.* Schmoldvvin. *in synops. feud. part. [illegible] num. 117.*

XXI.

Si tamen justum aliquod impedimentum incidat, quo vasallus per semetipsum servire impediatur, æquum est ut per substitutum serviendi facultas ei concedatur, [illegible] *tit. 51. §. [illegible] F.* Quod idem asserendum, si ab initio personæ ad servitia præstanda

inhæ-

inhabili, veluti fœminæ, Clerico aut aliàs imperfecto feudum constitutum fuerit, nam & tunc per substitutum servitia expedire permissum erit, Rittershus. *in dict. lib. 2. cap. 1. quæst. 31.* Duar. *de feud. cap. 6 in fin.*

XXII.

Vasallus autem, sive per se, sive per substitutum domino serviat, regulariter propriis sumtibus id facere tenetur, quoniam ad hoc feudum constituitur, ut pro eo vasallus domino serviat, inde que sumtus sumat ad servitia feudalia expedienda, *tit. 23. in fin. lib. 2. F.* Schenck Baro à Tautenberg *in tit. 23 & tit. 28. lib. 2 F.* Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap. 1. quæst. 33.* Rhding. *lib. 1. var. lect. feudal. cap. 50.* Zas. *in epit. feud. part. 7. num. 44.* De jure Saxon. Soll der Mann dem Herrn sechs Wochen dienen / bey seiner selbst Kost. Lehnrecht *cap. 4.* Consuetudo tamen est, daß der Lehnmann auff des Lehnherrn Futter und Mahl / oder ziemliche und gewöhnliche Besoldung diene, teste Benedict. Reinhardo *in differ. part. 3. diff. 16.*

XXIII.

Si verò feudum adeò tenue fuerit & exiguum, ut illud sumtibus istis, & servitiorum impensis sufficere non possit, tacito suadet, sumtus à Domino suppeditari vasallo, quoniam iniquum foret, vasallum cogi pro modico feudo magnos sumtus facere, plusque expendere, quàm feudi sint reditus, cùm feudum sit beneficium, *tit. 23. lib. 2. F.* Zas. *in dict. part. 7. n. 44.* Rittersh. *in dict. quæst. 33.* Schenck Baro *in tit. 28. lib. 2. F.*

XXIV.

Juvare autem debet vasallus Seniorem suum, quibus potest modis, tùm armis, tùm manu, tùm clamoribus, tùm objectu corporis, nec in periculo ipsum deserere, *tit. 24. § 2. lib. 2 F.* Dummodò hoc sine dispendio & interemptione sui facere possit, quod si præstiterit, & dominus succubuerit, vasallus excusatus erit, quia fecit quod potuit, quodque debuit, *tit. 23. & tit. 24. §. 2. lib. 2. F.* Kohl *in tract. de servit. feud. part. 4 n. 19.*

XXV.

Quod si dominus in manus hostium inciderit, abiisque captus fuerit, tùm, si quidem tantum pecuniæ è bonis domini redigi

digi possit, quantum sufficit ad ejus liberationem, vasallus non tenetur suâ pecuniâ dominum liberare, quoniam ipsi subvenire non cogitur, nisi quando & quatenus ei necessarium fuerit, *tit. 2 lib.1.F.* Si verò tantum pecuniæ è bonis domini redigi non possit, quo dominus ab hostibus redimatur, æqvum est, vasallum propriâ pecuniâ Dominum liberare. *arg. tit 24 § item si delator lib. 2. F.* Rittersh. *in partit feud lib.2 cap.1. quæst.42* Andr. Kohl *dict. part. 4 n.40 & seqq.* Dist. Zas. *in epit. feud part.7 n.47. 47.* Schned. *part. 6. cap 6 n 95*

XXVI.

Tenetur porrò vasallus domino egenti pro qualitate feudi, usque ad dimidiam partem fructuum ac redituum annuorum alimenta subministrare, Rittersh. *in dict. cap 1. quæst. 40.* Schneider *de feud part 9. cap 8 num. 12.* Dist. Zas. *in epit feud part. 7. num. 48.* Sonsbec. *de feud part 11 num. 46.* Num autem domino ære alieno oppresso vasallus id solvere cogatur, quo eum è carcere liberet? quæstionis est: Existimamus vasallum ad hoc obstrictum haud esse, quia bonis cedendo semetipsum dominus carcere liberare valet, *l 1 C qui bon ced poss.* Vid. *tit. 26. § [illegible] lib. 2. F.* Rittershus. *dict. cap 1 quæst 41.* Rosenthal *cap 10 concl 40 num 12.* Schneid. *part. 9. cap 8. num. 8. & seqq.* Zas. *in epitom. feudal. part. 7. cap [illegible]* Kohl *part 4. num. 36. & seqq.* Nisi æs alienum propter vasallum fuerit contractum, quo casu id à vasallo agnosci & pro domini liberatione dissolvi æquissimum est, Zas. *dict. part. 7 n. 47.* Rittersh. *dict. quæst 41.*

XXVII.

Quia etiam tenetur vasallus auxilium ferre & consilium præbere domino, ad res ejus justè quæsitas, tum retinendas, tum injustè amissas legitimo modo recuperandas, *tit. 7. vers. [illegible] & si contigerit, lib. 2 F.* ubi Schenck Baro, imò etiam ad res justè acquirendas, *arg. tit. 28. lib. 2. F.* Schneidvin. *in epit feud part. 5. num. 44.* Kohl *in tract. de servit. feudal. part. 4. num. 61.* Jacob. de S. Georg. *in verb. & promiserunt num. 4.* Sonsbec. *part 11. num 44.* In quibus omnibus, si vasallus fideliter officio suo functus non fuerit, feudum perdit, *tit. 23. & 24. lib. 2. F.*

Ex

# Ex tit. 20. 21. 22. 23. & 29. Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris.

## QUÆSTIO I.

### *Dignitas Electoralis inseparabiliter adhæret Electoratui; An ergò possessor duorum Electoratuum duplici jure ac voce in eligendo Romanorum Rege gaudebit?*

Quondam equidem in Electorum familiis unum jus eligendi, alterum verò Electoratum obtinuisse, ingenui Historicorum monumenta. Et si Alberto Crantzio *lib. 2. cap. 4. in Saxon.* fides adhibenda, controversiam hâc de re † inter Ericum Ducem & Rudolphum Saxoniæ Electorem Carolus noster ita composuit, ut alternis vicibus utrique ad electionem vocarentur. Quin & in divisione à Ludovico Imp. cum Rudolphi Electoris filiis initâ, † adjectum meminit Aventin. ut primam electionem Romanorum Regis, Principes à Rudolpho descendentes, alteram verò Principes à Ludovico manantes haberent, eaque alteratio inter ipsos & eorum heredes perpetuis temporibus duraret, *lib. 7. annal. Bojor. fol. 739.* additque, quam ob rem pactum illud nunc sit antiquatum, atque pro obsoleto irritoque habeatur, se ignorare. † Sed causam sublatæ alterationis, monente Arum. *bis [illegible] 27.* facilè conjicere licet ex *Bullâ nostrâ*, quæ jus eligendi ipsis Principatibus ita connexum & unitum dicit, ut † ab illis nullâ ratione separari valeat; nec idcircò in alium cadere queat, quàm in illum, qui ipsum Principatum cum terrâ, vasallagiis, feudis & dominio ac universis ejus pertinentiis possidet. Idque ita perpetuis temporibus inconcussè & inviolabiliter observandum constituit *b. t. 20.* ille ipse Carolus, qui modò ex relatione Crantz. litem hanc aliter composuit. Quâ † ex sanctione inter dissidentes Rupertum Seniorem & Juniorem Comites Palatinos, causam

*Tit. 20. A. B.*

1.
2.
3.
4.
5.
6.

sam similem legimus determinatam, haec verba Roperto Seniore proferente: † Comes Palatinus Rheni, Sacri Rom. Imperii Archidapifer Dux Bavariæ est in possessione vocis & electionis, in electione Romanorum Regis futuri Imperatoris: & etiam in possessione ac dominio seu usu habet Principatum, Palatinatum, Archidapiferiam, terras, vasallarias cum omnibus pertinentiis, super quibus electio & vox Comitatus Palatini Rheni fundata est, apud Marquard. Freher. *de legit. tut. Elect. lit. C.* † Rationem hinc constitutionis Carolinæ in eo consistere verè diximus, ut altercationibus & dissidiis obvietur, cui & aliam duplicem addimus, quia † scilicet ipsa electio ratione Regnorum, Ducatuum & Electoratuum competit, A. B. *tit 7. in verb.* In Krafft ihrer Königreich und Fürstenthumb etc. Theodor. Reinking *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. cap. 7. num. 1.* & ne reditus Electoribus subtrahantur, sed † ut officium Electorale habens, (verba sunt Dom. Gothofr.) reditus quoque tantæ dignitati suppares obtineat, & onera Imperii maxima facilius sustineat, ac retrò, ut terram Electoralem possidens, dignitatem quoque electoralem habeat, nec officium electorale sit sine reditu, nevè reditus Electorales sint sine dignitate, *lib. 3. in refut. object. 33. de tutel. Elector. [illegible]* † Prudentissimè sanè; ex quo simul apparet, quàm adulatoriè scripserit Johan. Azor. Jesuita, Electorum Imperii Romani jus & dignitatem Pontificis Romani niti autoritate, indeque dependere, † eumque illos hoc jure Electuræ ad tempus suspendere, vel in totum privare posse, *lib. 10. inst. moral. cap. 3. vers. quinta quæritur. part. 2. & vers. quæres an Rom. Pontifex possit Electores jure eligendi privare; Et vers. Ex prædictis colligitur, posse Pontificem ad tempus Electores jure eligendi privare.* Nimirum † nunc tantum est dignitas Electoratus principibus amplissimis, quos cum omni honore, qualitate, adeoque etiam jure Electuræ, non à Pontifice, sed Imperatore Romano possessores recognoscuntur & in feudum accipiunt, Reinking *dict. cap. 7. num. 4.* Consequens porrò hinc est † possessori Electoratus haud concedendum fore, ut falcem in consortium Regiminis Electoralis, alium admittat, quod verbis expressis prohibuisse videtur Carolus noster *h. t. 20. vers.* Und Er (*scil. possessor* und Inhaber des Fürstenthumbs) und sonst niemand

[illegible]

mand anders durch die andere Churfürsten zur Wahl und allen andern Handlungen / so wegen des heiligen Reichs Ehr und Nothdurfft fürgenommen werden / zu jederzeit gezogen / etc. Non certò id fieret, † si alius in consortium Electuræ admitteretur; nec per rerum naturam fieri potest, dignitatem personalem, quæ ad unum spectat, ad plures derivari, Andr. Knich. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorum. cap. 2. num. 43.* † Quin & metuendum, ne in consortium adsumtus se itidem Imperii Electorem jactaret, numerumque Principum Electorum septenarium multiplicaret, quem tamen usque adeò strictè observandum duxerunt Electores Imperii, † ut Maximiliano I. Coloniæ aliquando pertentanti, quo Archiducibus Austriæ exemptis alioqui, jus suffragii in electione Romanorum Regis communicaretur, adsensum suum denegarint, prout refert Hartm. Maur. Cancellarius olim Coloniensis *de Coronat. Caroli V. Imper. apud* Goldast. *in polit. Imper. part. 3. fol. 274.* † At quid, si contingeret, duos Electoratus ab uno possideri, quod certè contingere potest, num is duplici gaudebit voto ac jure in electione Regis Romanorum, vel ut clarius dicam, duplexne erit Elector? Non malè responderimus affirmativè, vel (1.) † ex hoc ipso *tit. 20.* quo, ut jam diximus, jus & officium Electorale, Principatui tàm inseparabiliter inhæret, ut nulli alii quàm possessori competere possit, *verb.* Daß solches Recht / Stimm / Ampt und Würde / wie auch andere einem jeden Fürstenthumb zugehörige Gerechtigkeiten an keinen andern fallen kan / als an den / welcher solch Fürstenthumb besitzt und innen hat. *Et infra:* auch Er und sonst niemand zur Wahl zugelassen. Ex quo ergo duplicem Principatum possidet unus, hoc ipso duplicis voti compos est factus. (2.) † Nec absonum habetur, ut homo diversis respectibus præditus diverso censeatur jure, ac duplicem repræsentet personam, *Recess Imper. de anno 1548. §.* Auch den Grafen von Tübingen *cap. cum capella. extr. de privileg. cap. ex literis extr. de probat. l. 16. ff. de in jus voc.* Johan. Limn. *lib. 2. jur. publ. cap. 10. num. 9.* Nicol. Everhard. *in loco, de tanquam seu respectivis.* Andr. Gail *lib. 1. observ. 30. num. 8.* Sigismund. Scac. *de appellat. quæst. 8. num. 60.* Regn. Sixtin. *de regal. cap. 4. num. 142.* Scilicet

15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

22. † Status hominis dividuus est & distractionem admittit, Dauth. *de testam. num. 150. fol. 235.* Reinking. *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 2. cap. 5.*

23. Nonne enim Carolus V. simul fuit Imperator, † & subditus in Archiducatu Austriaco, unde illud præceptum: Wir Carl etc. Römischer Keyser entbieten dir Carlu / Ertzhertzogen in Oesterreich / Gerlach. Buxdorff. *in dissert. A. B. cap. 5. conclus. 64. circa fin.* Limn. *dict. cap. 10 num. 6.*

24. † & pronunciatum Cameræ: Zwischen der Römischen Königlichen Majest. unsern allergnädigsten Herrn / NB. als Ertzhertzogen zu Oesterreich / von wegen der Landvoigtey in V. eines / und Herrn K. Grafen zu O. anders theils / *d. 13. April. Anno 1511.*

25. † Item: In Sachen der Römischen Keys. Majest. als Ertzhertzogen zu Oesterreich / wider die Gemeine zu E. *die 20. Anno 1554.*

26. † Et in causâ der weiland Herrn Grafen zu D. und K. Appellanten an einem / wider die Königliche und Keyserl. Majest. als Ertzhertzogen zu Oesterreich Appellaten anders theils / *d. 8. Mart. Anno 1559.* apud Barth. *sent. cameral. part. 3. fol. 266. lit. f.*

27. † Nonne D. Paulus, Apostolus & textor, *Actor. 20. vers. 34. 1. Corinth. 12. vers. 12.* Nonne Episcopus Argentinensis Landgravius Alsatiæ? Episcopus Wurtzburgensis Dux Franconiæ? Episcopus Constantiensis Baro de Reichenaw? Episcopus Sittensis Comes in Wallia? Guicciard *in descript. Belgii pag. 270.* Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imper. Rom. lib. 2. cap. 9. num. 5.*

28. † Et quod mirum, nonne Rubbertum Caroli Magni Cancellarium ut Ducem belli tantâ Martis gloriâ & felicitate contra Normannos Imperii hostes emicuisse legimus, ut Machabæi nomen meruerit?

29. † Et Cancellarius Poloniæ Zamoscius Martis & literarum munia suprema, eâdē manu felicissimè administravit? Heum. Kirchn. *in Marcell. lib. 2. cap. 4. n. 16. & 22.*

30. Quod si ita est, † quis possessori duorum Electoratuum duplex suffragium & jus Electoræ invidere ausit? Idque eō minus, quia duplex hic est ejusdem qualitatis respectus (3.)

31. Et, quid quæso obstaret, † quin unus in electione novi Regis Romanorum vel Imperatoris, unus duplicem possidens Electoratum, ratione utriusq;, Electorali officio fungatur & duplex votū profiteatur? Novimus equidem, Principes diversorum Principatuum ac Ducatuum dominos & posseſſo-

sessores, † omnium nomine Comitiis interesse, sessionem obtinere, ac jure votandi gaudere, prout fidem facit Bernhard. Bertram de comitiis, *concluf. 42. ap.* Dom. Arum. *tom. 1. jur. publ. disc. 9.* allegando exemplum Electoris Palatini, qui non semel sit Elector pariter † & ut Comes Palatinus ratione Pfaltz Simmern und Pfaltz Lautern adfuisse legitur. Et nomine quidem, quo Elector est, in Electorum: quatenus verò Comes Palatinus in Principum Senatu sessionem obtinuisse. Eoque facit, † quod Philippus Ludovicus Comes Palatinus votans simul fuerit ad Comitia, als Inhaber der Herrschafft Ehrenfels, uti videre licet ex subscriptione *Recess. Imper. Ratisbon. de anno 1603.* † ita scilicet votum unius Principis intuitu diversorum Principatuum duplicari potest; Quidni etiam intuitu diversorum Electoratuum?

32. 33. 34. 35.

## QUÆSTIO II.

## *Feuda Electoratuum Imperio aperta num Cæsar proprio jure & autoritate etiamnum hodiè reinfeudare queat?*

Postquam dignitas Electoralis ipsis Electoratibus inseparabiliter adhæret, ita ut possessoribus eorum Jus Electuræ competat, *h. t. 20.* nunquam non in collatione Feudorum Electoralium cautè procedendum, † ne vel iniquè distrahantur, vel indoneis concedantur, ut non abs re quis curam pariter & consensum tàm Principum, Electorum, quàm reliquorum Imperii Procerum ad reinfeudationem Electoratuum requiri existimaverit, præsertim † cùm feuda regalia Imperio aperta proprio jure ac voluntate aliis denuò conferre Imperatori haud fas sit. Etsi enim hoc quondam ei licuerit, † velut hinc Rudolphus I. Imper. Austriam ad Imperium devolutam filio Alberto Archiducum Austriæ primo plenatori concessit; & Woldemarus, Marchione Brandeburgensi defuncto, Ludovicus Bavarus Marchiam in filium

*Tit. 20. A. B.* 1. 2. 3. 4.

5. lium transtulit, Peucer. *lib. 5. Chron.* † Hodie tamen res aliter se habet, & subsequentium Impp. Capitulationibus disertè provisum, ne feuda regalia Imperio aperta cuiquam denuò conferant, sed ea in usum Imperii vertant, reservent ac

6. incorporent, † . § Wenn auch Lehen dem Reich und uns bey Zeit unserer Regierung eröffnet / und lediglich heimfallen werden / so etwas mercklichs ertragen / als Fürstenthumb / Graffschafften / Herrschafften / Städte und dergleichen / die sollen und wollen Wir ferner niemands leihen etc. sondern zu Unterhaltung des Reichs / Unser / und unser Nachkommen der König und Keyser behalten / und *incorporiren &c.* optimâ ratione,

7. † ut labescentes Imperii vires non nihil [illegible], aquila deplumata reviviscat, & honestus Cæsari [illegible] census, de quo à prudentibus non semel [illegible] deliberatum. Frider. Hordleder *in not. ad Constit. Maximil. I. Imper. de invest. Ducatus Wurtenberg. tom. 1. lib. 5. de caus. belli German. cap.* [illegible] Michael. Coccinius *de bello Maximiliani I. Imper. cum Venetis gesto* apud Marquard. Freher. *tom. 2. fol. 145.* Jul. [illegible] *in orat. de Republ. germ. cur.* apud Goldast. *in polit. Imper. pag. 15.* Arnold. Clapmar. *de arcan. Rerumpubl. lib. 5. cap. 12.* Æneas Sylv. *in Germ. 43.*

8. † At relinquamus hæc suo vigori in feudis Regalibus Principatuum, Ducatuum & Comitatuum; non enim ad Electoratus prohibitionem istam tutò quisquam extenderit, si vel Bullam nostram vel rationem Capitulationis ponderaverimus;

9. † Illa enim (1) verbis sat claris potestatem, de feudis Electoratuum Imperio apertis alium investiendi liberam Imperatori concedit, *tit. 7. verb.* Do aber derselben Fürstenthumb eines im Reich ledig würde / alsdann sol und mag der Keyser oder Römischer König / so der Zeit seyn wird / verordnen und versehen / als einem Ding / so ihme und dem Reich mit Recht heimgefallen. (2.)

10. Rationem † verò prohibitionis, quæ in augmento redituum, & incremento facultatum atque honorum Imperii consistit, *verbis Capitul.* Zu Erhaltung des Reichs, luculenter innuentibus, vel propterea ad [illegible] Electoratus minus ritè accommodabimus,

11. † quod nunquam horum [illegible]

feu-

feudatio omitti possit, ne numerus Electorum minuatur Septenarius. (3.) Non ergò putandum, Sanctionem Bullæ *d. tit. 7.* per subsequentes Capitulationes † rursus fuisse abrogatam, cùm nec hoc dictum, nec verbulo Electoratuum in iis mentio facta fuerit, ut hinc generalitati verborum feuda Electoralia includere minus tutum videatur, † quia specialiter privilegiata sub generali dispositione non comprehenduntur, *l. decurionibus 3. ubi gloss.* & Bart. *C. de silentiar.* Bald. *in l. ult. circa fin. C. si contra jus vel utilit. publ.* Hieron. Treutl. *consil. 7. n. 49.* Meichsner. *decis. Camer. 31. num 5. tom 3.* (4.) † Nec desunt nobis exempla, si ex iis decisionem petere lubeat; Ita namque de Saxoniæ Electoratu investitus perhibetur Lotharius Comes Supplinburgensis ab Heinrico V. Imp. ap. Albert. Crantz. *lib. 5. Saxon. cap. 25.* & Georg. Spalat. *in chron. Saxon. lib. 2.* Quo rursus † sine hærede defuncto ad Henricum Bavarum dignitas illa pervenit, Krantz. *lib. 6. Saxon. cap. 7.* Et beneficio Sigismundi Imp. *Anno 1415.* investituram de Brandeburgico Electoratu † obtinuit Fridericus V. Burggravius Norimbergensis, cujus posteri etiamnum hanc retinent dignitatem, *Chytr. in Saxon. lib. 1.* Munster *in Cosmograph. lib. 3 cap. 472.* Ac ne in antiquis subsistamus exemplis, † adducimus concessionem Electoratus Saxon. post tempora Capitulationis à Carolo V. Imper. propriâ autoritate & ex potestate Cæsareâ in castris ad Wittebergam Mauritio Duci Saxoniæ *Anno 1547.* factam, Chytr. *in Saxon. lib. 16.* Ludov. de Avilâ *de bello German.* Johan. Sleidan. *lib. 19. histor.* Bugenhagen *in histor. belli germ.* licet investitura † dignitatis Electoralis demum *Anno 1548.* Augustæ in consessu Electorum ac Principum Imperii solenniùs tunc fuerit subsecuta, Nic. Mameran. *in descript. invest. Mauritii Elect.* ap. Gold. *in polit. Imp. part. 6. pag. 363.*

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

## *QUÆSTIO III.*

### *Rege Romanorum cum Rege Galliarum de præcedentiâ concertante, uter præferendus?*

*Tit. 21. A. B. 1.*

Cùm de præcedentiâ concertationes non solùm belli, sed &

& pacis tempore ſint periculoſiſſimæ, ac infinita ſecum trahant
2. incommoda, de quo etiamnum hodie conqueruntur † Status Imperii, Von wegen Mißhelligkeit des *Seſſionſtreits*/ wird zu zeiten des Reichs gemeine obliegen und vorfallende Nothdurfft zu rück gehalten/ auch ungleiche *affection* dahero verurſachet/
3. *Receſſ. Imper. de anno 1603.* §. Der in dem heiligen Reich *etc.* † omnium ſuſpicionum ac litium malis obviare cupiens Carolus noſter, inter Moguntinenſem, Colonienſem & Trevirenſem Archiepiſcopos Sac. Imperii Principes Electores, non modò prioritatem ſeſſionum in Curiis Imperialibus & regalibus determinavit *tit. 3. A. B.* † ſed etiam proceſſionis certum
4. conſtituit modum *h. t. 21.* Nimirum, ut quotiescunque in congregatione Imperatoris ſeu Regis Romanorum & Principum Electorum, Imperatore vel Rege ipſo deambulante, inſignia Imperialia ante ipſum portari contigerit, † Archiepiſco-
5. pus Trevirenſis in directâ diametrali lineâ ante ipſum, illis mediis inter eos ambulantibus, qui inſignia deportant, ear[illegible] abs-
6. que inſigniis verò in publicum prodiente Imperatore, immediatè ipſum præcedat, reliquis duobus Archiepiſcopis, Moguntinenſi & Colonienſi ordinem eundem ad dextram & ſiniſtram Imperatoris, quem *tit. 3. A. B.* in ſeſſione denotatum legimus, in proceſſione obſervaturis, Dom. Arum. *hic concl. 4.* & Martin. Romelin. *part. 3. diſſert. 1. concluſ. 4. & 5.* Non autem
7. hic † ſubſiſtit Carolus IV. Imper. ſed & Electoribus ſecularibus ordinem procedendi præſcripſit *h. t. 21.* ut nempe Imperatore vel Rege Romanorum cum inſigniis ambulante, inter ipſum & Archiepiſcopum Trevirenſem præeuntem, interme-
8. dius † Saxo enſem præferat, & ab hujus latere dextro Comes Palatinus pomum Imperiale portet, à ſiniſtro verò latere Mar-
9. chio Brandeburgicus Sceptrum deferat, † Rex autem Bohemiæ Imperatorem ſeu Regem Romanorum immediatè ſequatur, Arum. *hic concluſ. 20.* Non temerè, ſed officio Imperatorio poſtulante ordinem hunc procedendi à Carolo IV. præ-
10. ſcriptum quisquis exiſtimet, † cum inter alia etiam cura ſeſſionis ac præcedentiæ ipſi incumbat, ex quâ dicitur vigilans

Impe-

Imperii caput. Am wachenden Häupt des Römischen Keyserthumbs/ *Recess. Imper. de anno 1570.* §. nach erlebigten/ quâ vigilantiâ Imperio adsistit, † damit denselben an seinen Gliedern/ 11.
*Session*, Stimm/ Vermögen und Hülffe keine Zerrüttung noch Abgang begegne/ *dict. Recess. Imp. de anno 1570.* §. als wir dann weiter: Johan. Limn. *lib. 6. jur. publ. cap. 3. num. 28.* † Honorem 12.
enim generosus & nobilis spiritus majoris æstimat pecuniâ, & generaliter cunctis rebus honor præfertur, Freher. *de existim. acquir. conserv. & amitt. lib. 2. cap. 8. num. 11.* quare † nec Princi- 13.
pibus vitio vertendum, si minimum de suo jactare jure & honore, instar decoctoris cedere nolint, modò non ambitiosius, quam par est, † jus illud *πρoεδρίας* appetant, & contentiosius, 14.
quàm conducibile est, vendicent, Herm. Kirchn. *in Legato lib. 2. c. 5. n. 75.* Sed benè inter insolentiam incuriosam & diligentiam non ambitiosam distinguunt, ut verbis JCti *in l. 33. in pr. ff. de usur. & fruct.* utamur. † Frustrà hinc non disceptatum de 15.
præcedentia inter Legatos Regis Gallorum & Regis Hispaniæ, inter Anglum & Hispanum, Pier. Matthieu *livr. del' histoire de France & du Regne de Henry IV. narrat ubi.* † inter Regem 16.
Poloniæ & Regem Portogalliæ, Limn. *lib. 4. jur. publ. cap. 9. num. 28.* nec inter Franciæ Regem & Regem Romanorum, Quetta *consil. 1.* † quas lites determinare licentiam nobis non 17.
sumimus, saltem decisum Quettæ paucis tangentes, qui pro Rege Romanorum consuluit, nec ipse solus, sed cum eo quam plurimi, quos allegat & sequitur Goldast. *de majorat. lib. 1. cap. 16. num. 8.* cui etiam accedit Christoph. Besold. *in dissert. de præcedent. & session. prærogat. cap. 2. num. 5.* ex hoc potissimum † fundamento, quod modica sit differentia inter Imperato- 18.
rem & Regem Romanorum; cùm autem Reges alii præcedentiam Imperatori non invideant, nec facile ambiguam reddant, idem juris eandemque dignitatem Regi hinc Romanorum attribui necesse foret, vel † saltem propter spem à jure ap- 19.
probatam, de succedendo in Imperio, *can. in nomine, dist. 23. Clem. 1. de jurejur.* Sufficiens num hæc ratio sit decidi, judicent alii. Constat † nobis, aliud observatum fuisse in congressu 20.

Caroli IV. Imp. & Caroli V. Regis Franciæ, ac Wenceslai Regis Romanorum Parisiis *Anno 1378.* de quo Limn. *lib. 2 jur. pub.*

21\. *cap. 15. num. 43.* † In concilio quoque Tridentino prius recitatas fuisse literas Concilii mittendas Regi Franciæ, quàm alias ad Romanorum Regem, ex Campegio Episcopo Feltrensi,

22\. refert idem Limn. † Etsi verò firmum non semper ponant fundamentum exempla, scrupulus tamen non minimus resi-

23\. det contra assertum Quetræ, si consideraverimus, † vivente Imperatore Regi Romanorum parum vel nihil potestatis competere in Imperio, nec proprio nomine ab ipso hoc adminis-

24\. strari, prout manifestum reddit † Capitulatio Cæsar. § Wir sollen und wollen uns auch keiner Regierung oder *administration* im heiligen Römischen Reich weiter oder anders unterziehen/ dann so viel uns von Keyserl. Majest. vergönnet/ oder zugelassen wird/ auch Ihrer Keyserl. Majest. die Zeit ihres Lebens an ihrer Hoheit und Würde des Keyserthumbs keine Irrung

25\. noch Eintrag thun. † Si nō ergò potestas competit Regi Romanorum vivente adhuc Imperatore, unde Majestas? si non Ma-

26\. jestas, unde dignitas? † si non dignitas, unde præcedentia? Nam dignior semper præferendus, *l. 1 ff. de albo scrib. l. ult. ff. de fide*

27\. *instrum.* Regi verò Galliarum quis supremam potestatem † in Regno Franciæ, Majestatem, dignitatem & præeminentiam

28\. detrahere præsumeret? Ambiguum † certè hinc redditur decisum Quetræ: At causam hanc non facimus nostram.

## *Quæstio IV.*

### *Num Principes Confessioni Augustanæ addicti, Cæsarem ad Missam euntem observare & comitari, actuiq; salvâ conscientiâ interesse possint?*

*Tit. 23. A. B. 4.* Jus præcedentiæ inter Electores Carolus IV. Imperat. in tantum curæ sibi habuit; ut & certum modum ac ordinem in Con-

Confessione, quæ in curiis solennibus ante Missam dici consuevit. † ac in porrectione Evangelii osculandi, & pace post Agnus Dei portanda, nec non in benedictionibus post finita Missarum solennia; ac ante Mensam faciendis & in gratiis post cibum acceptum agendis ab Archiepiscopis Electoribus observandum præscripserit; Nimirum ut iis præsentibus, primo die hæc omnia ac singula ab illo, qui primò, die verò altero ab illo, qui deinceps, tertio autem die ab illo, qui ultimo consecratus est, peragantur, *tit. 23.* Ex quo colligere est, quantā devotione initium Comitiorum fieri Imperator voluerit: † certò persuasus bene ac competenter tunc demum geri universa, si rei cujusque principium decens & amabile sit Deo, *Nov. 6. in pr.* imprimis verò † actui electionis celebrationem Missæ præmitti jussit, *tit 2. A.B.* Quâ de re graviter Cardinalis Cusan. Sacri Imperii Electores, ait, dum ad electionem procedere volunt, de statuto cum omni humilitate & devotione maxima ad divina conveniant, spoliantes se omni peccato, ut in medio eorū sit Christus Dominus. Et † invocatâ gratiâ S. Spiritus post introductionem agendæ rei devotam, tractent de pluribus, qui ad Imperium dispositione extrinsecâ & intrinsecâ tanta Majestate digni esse possint, *lib. 3. de concord. cathol. cap. 37.* Quæ Sacra & aliis præmitti solent † Comitiis pro impetratione Spiritus Sancti, quo Principes & Status Imperii suo fulti præsidio, ea quæ imperio sunt proficua, in medium cōsulere valeant, Dom. *Arum. de comit. cap. 7. num. 5.* Cumque Principibus Catholicis pariter & Evangelicis præsentibus Comitia peragantur, quæritur, † an hi salvâ conscientiâ Cæsarem ad Missam Pontificiam euntem comitari & actui interesse possint? Non opus forsan, ut de decisione hujus solliciti, si, † ut quamplurimum facere consueverunt, Principes Evangelici durante Missâ discedant: Cùm enim Maximilianus II. in Romanorum Regem erat eligendus, † abierunt Palatinus, Saxo & Brandeburgicus ex Choro in proximum conclave, ac ibi donec ad coronidem Missa esset deducta, permanserunt, insequentibus eos Wilhelmo Landgravio Juniore, Georgio Palatino, Francisco Lauenburgico, Anhaldino, aliisq; quamplurimis, unà cum suis Consiliariis, Principibus & Ducibus, Nicol. Heiden. *in Elect. Maximil. II.* apud Goldast. *in polit.* Im-

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

12\. *Imperial. part. 1. discurs 13.* † quod idem in electione Matthiæ Imperatoris, aliisque Comitiis observatum novimus. Sed hæc [illegible] est, † (13.) ut Cæsarea Majestas præsentiam & ministerium eorum [illegible] in actu specialiter requirat? veluti in Comitiis Augustanis [illegible] *1530.* † (14.) Electorem Saxoniæ Johannem sibi ad Missam [illegible] dium præterri jussit, an tùm obtemperandum erit? Ita omnino censuit Saxoniæ Elector, † (15.) & accessit unà cum Comite Georgio Brandeburgico, re tamen prius cum Theologis deliberatâ, Georg. Cælestin. *in actis illorum Comitiorum.* Nec læsa conscientia, cum ad officium suum esset vocatus, non ad Missam, velut ad cultum divinum. † (16.) Eadem intentione si pareant Principes Evangelici, præmissâ simul protestatione expressâ, quod non alii [illegible] cii politici se debiti ratione interesse velint, non est quod vel vitio ipsis verti, vel scrupulus conscientiæ injici queat; de † (17.) qua prolixè Balth. Bidenbach Wurtenbergicus Concionator [illegible] *in Responso* ad requisitionem protestantium: Ob die Christliche Chur- und Fürsten der Augspurgischen *Confession* mit gutem Gewissen und ohne Ergernüß mögen seyn bey der Messe und andern Päbstischen Ceremonien / so bey der Crönung der Römischen Königl. Majest. zu Franckfurth gebraucht worden / *Francofurti [illegible] Novembr. Anno 1562. in Comitiis dato*, quod est [illegible] *theol.* Bidenbachii.

## *Quæstio V.*

### *Investitura Feudorum Regalium quibus solemnibus hodie peragatur?*

*Tr. 29. [illegible] 8.* Investituræ petitio, quia inter alia signum est reverentiæ, quam vasallus Domino suo exhibet, Curt. Jun. *de feud. part. [illegible]* 45. Moz. *de substant. feudi. num. 4.* (1.) nunquam in feudis regalibus seu principalibus, ex quorum possessione Proceres Imperii ad summam reverentiam Imperatori obstringuntur, omitti, † (2.) [illegible] vestitura ab Imperatore renovari debet, *ex Capitul. Cæsar. vers.* In allewege aber wollen wir uns zum besten angelegen seyn lassen etc. † (3.) Quo de actu in gratiam ArchiPrincipum Electorum duplex facta provisio à Carolo IV. Imper. *A. B. c. 29.* Prima omnium con-

concernit Electores, quos feuda sua sive Regalia ab Imperatore
vel Rege Romanorum recipientes † ab [illegible] munerIs con- 4.
sueti, nempe 63. marcarum argenti cum uno [illegible]
(hoc est, quarta Marcæ parte, autumante Arum. *dict. concl. 45.*) à
reliquis Principibus offerendi, ac inter officiales distribuendi ex-
emptos voluit. Absurdum siquidem foret, † Xenia ab his Electori- 5.
bus exigi, qui vel ipsimet vel per subofficiarios cunctis Curiæ
Imperialis præsunt officiis, [illegible] Aruni. *dict. concl. 45.* & Matt.
Rumel. *part. 3. [illegible]* † Altera verò ad solum Saxoniæ 6.
Electorem pertinet, ut ipsi eqvus aliave bestia, cui insidet Prin-
ceps, ab Imperatore vel Rege Romanorum feuda recipiens, ceu
Archi Marschallo, vel si præsens non sit, ejus Vice-Mareschallo
de Pappenheim cedat, † §. Wann aber ein Fürst auff einem Pfer- 7.
de oder andern Thier etc. *b. t. 29.* Arum. *cit. loc.* Satis perspicuum
tunc est, † solenniter quondam fuisse investitos de feudis Rega- 8.
libus Electores & Proceres Imperii, in publicis scilicet Comitiis,
Curiisq; solennibus, † quod tunc temporis receptissimum erat, 9.
secundum Marq. Freh. *in not.* ad Petrum de Andlo, *de Rom. Imp.*
*lib. 1. cap. 15. impr.* † veluti de investitura Ducum Bojariæ in Comi- 10.
tiis Ratisbonensibus factâ, refert Otto Frisingensis *de rebus gest.*
*Frider. I. lib. 2. cap. 32.* † Fridericum quoq; III. Imp. in Comitiis 11.
Ratisbon. *Anno 1471.* Landgravio Hassiæ investituram concessisse,
testis est Campan. *lib. 6. epist. 15.* † A Carolo itidem V. Imp. *anno* 12.
*1530.* in Comitiis August. Duces Pomeraniæ, & Gualtherum Cron-
bergium, Borussiæ Magistrum, de Principatibus suis fuisse investi-
tos, scriptum reliquit Celest. *in actis istorum Comit. Mens. Jul.* † 13.
& de solenni investiturâ Mauritii Saxon. Electoris ab eodem Ca-
rolo V. *anno 1548. in Comitiis August.* impetratâ, autor est Johan.
Sleidan. *lib. 20. de Statu Relig.* Investituram † porro Ernesti Ele- 14.
ctoris Coloniensis à Rudolpho II. Imp. *anno 1594. in Comitiis Ra-*
*tisbon.* † nec non Moguntinensis ac Trevirensis Electorum ab Im- 15.
per. Matthiâ *anno 1613. in Comitiis Ratisbonensibus* ritu solenni
fuisse celebratam, ex actis Comitiorum clarescit. Addebatur &
alia solennitas † ex Symbolis Investituræ, Sceptro & Vexillo; il- 16.
lud siquidem in feudis Ecclesiasticis: Hoc verò in secularibus
exhibebatur, de quo ità loquitur Speculum Saxonicum *lib. 3.*
*art.*

17. *art.60.* † Der Keyser sol leihen allen Geistlichen Fürsten ihr Recht mit dem Scepter/ und allen Weltlichen Fürsten mit der Fahnen/ ex quo appellari consueverunt Fahnenlehn. Peracta porrò horum investiturâ

18. † Vexilla solebant in populum adstantem projici & dilacerari, prout de investiturâ Mauritii Electoris notat Sleidan. hisce verbis:

19. † post illa, quæ diximus, vexilla, cum ea Mauritius accepisset à Cæsare, dejiciuntur in promiscuam multitudinem, ut fieri solet, *dict. lib. 20.*

20. † In quo privilegiatum dicit Gold. Regem Bohemiæ, cui vexilla integra atque illæsa ex speciali constitutione Friderici III. Imper. sint restituenda, in Bohem. *lib. 5. cap. 14. num. 32.*

21. † Postea veró non semel circa symbola hæc [illegible] variatum, meminit Lehmann. *in chronic. Spirens. lib. [illegible] cap. [illegible] pag. 24.*

22. † usque adeò, ut solennitas hæc tandem prorsus ab [illegible] serit, investituræque in Aulâ Imperatoriâ fieri consueverint. Postquam enim Comitia rarius habita fuere,

23. † investituras feudorum Regalium ut plurimum in Aulâ Cæsaris novimus peractas, quo scilicet terminus petendæ investituræ præscriptus observari posset, Waremund. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. cap. [illegible]* [illegible] *de comit. cap. 8. n. 71.* Remissis autem vexillorum ac sceptri solennibus,

24. † in horum locum successit hodie Gladius, qui Principi vel absentis Legato, post præstitum fidelitatis juramentum à Cæsare porrigi solet,

25. † cujus capulum is apprehendens, eum deosculatur, de quo fidem facit Protocoll. investituræ à Ferdinando II. Imper. *Viennæ Anno 1627.* Serenissimo Electori ac Ducibus [illegible] Illustrissimis factæ, *in verb.*

26. † Nach diesem hat der Oberste Hoff-Marschall Herr von Herberstein das bloss Schwert / welches er bey der Lehnung zu Ihrer Keyserl. Mayest. Rechten gehalten / denselben zugestellet / die mit ihrer rechten Hand einem [illegible] den Knopff / denselben mit dem Mund [illegible] alle[illegible] jederzeit *observiret* worden / zu berühren und zu küssen [illegible]

27. † Idem jamdudum in investiturâ Archiepiscopi Treviren[illegible] 1582. in Comitiis Augustanis observatum, [illegible] Fleischmanno, Arum. *[illegible] dict. conclus. 45.*

*in fin.*

*Soli Deo Gloria.*

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Nona,

De

## *Modis & causis feudum amittendi.*

RESPONDENTE

ADRIANO Steger.

*POSITIO I.*

Vidimus hactenus, quibus modis Feudum constituatur & acquiratur, quidq; juris utrique, Domino pariter & vasallo ratione feudi competat. Nunc sequitur, quomodo feudum legitimè constitutum & acquisitum rursus amittatur; Quod non fit, nisi legitimis ex caussis in Jure feudali fundatis, *tit. 5. tit. 17. & 21. lib. 1. F. tit. 24. lib. 2. F.* Quæ licet tàm variæ & multiplices sint, ut sub certâ aliquâ regulâ ac definitione comprehendi nequeant, *tit. 23. lib. 2. F.* vulgò tamen Juris feudalis Interpp. definitionem earum ab Oberto de Orto, *in tit. 24. §. 2. lib. 2. F.* traditam existimant: Quod nempe, ex quibus caussis matrimonia rectè contracta dissolvantur, donationes jure perfectæ revocentur, & liberi justè exheredentur, iisdem etiam ex caussis vasallus feudum amittat, Udalr. Zasius *in epit. feudal. part. 12. n. 27.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 33. & 51.* Mozz. *ex quib. caus. feud. amitt. n. 120.* Borchold *de feud. cap. 8. n. 131.*

*II.*

Veruntamen regulam hanc falsam esse, neque in *dict. tit. 24.* fundatam, sed ab Interpretibus confictam luculenter ostendunt Vult. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 19.* Curt. Jun. *de feud. part. 4. n. 77.* Duar. *de feud. cap. 14. num. 25.* Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap. 3.*

 *enu-*

*quæſt.3.* Eandemque non niſi certis declarationibus admitti poſſe docet Heinricus à Roſenthal *in ſynopſ. feud. cap. 10. concl. 13.* Nos principaliores cauſas ad hæc duo genera non incommode ſummatim revocari dixerimus, nempe ut feudum amittatur vel ob delictum vaſalli commiſſum, quod jus feudale Feloniam appellat, vel ſine delicto, aliis quibusdam ex cauſis, Rittersh. *in partit. feud. dict. lib. 2. cap. 5. quæſt 2.* Duar. *in comm. feud. cap. 15.*

*III.*

Felonia juſtam cauſam Domino feudi præbet, ob quam vaſallum disveſtire, ac feudo exuere poteſt, *tit. 21 lib. 1. F.* Quamvis enim antiquiſſimo feudorum jure in Seniorum fuerit poteſtate, pro lubitu ac arbitrio ſuo beneficium vaſallis auferre, *tit. 1. lib. 1. F.* Hodie tamen, poſtquam feuda non modò ad eſtam vaſalli, ſed etiam in infinitum ſunt extenſa, ſemel legitimè conſtituta & acquiſita, ſine culpâ à Dominis eripi non poſſunt, *tit. 21 lib. 1 F.* uſque adeò, ut ne quidem Princeps ex plenitudine poteſtatis Capitaneos ſuos ſine culpâ feudò privare queat, *tit. 7* ubi Schenck Baro à Tautenb. *lib. 1 F.* Arnis. *in tract. de jur. majeſt. lib. 3. cap. 7.* Fach. *8 controv. 63.* Pruckm. *in tract. de regal. part. 1. memb. 1. effect 5 num. 15. & ſeqq.* Quin nec Principis ſucceſſorem hoc facere poſſe, niſi forſitan conceſſio ab anteceſſore proſecta ad Status Imperii everſionem tendat, aut grave aliquod & notabile damnum inferat, rectiſſimè ampliat Roſenthal *dict. cap. 10. concl. 16 num. 9.*

*IV.*

Conſiſtit autem Felonia vel in committendo, vel omittendo, ac utrumque regulariter non ſolùm dolo, ſed latâ etiam culpa perpetratur. Vid. Roſenth. *dict. cap. 10. concl. 12.* Coras. *4 miſcel. 2. num. 8. & 9.* Quæ in committendo conſiſtit, rurſus vel in ipſum Dominum tendit, idque directò, aut per conſequentiam; vel in extraneum, Vult. *lib. 1. cap. 11. n. 18.*

*V.*

Directò committitur in Dominum Felonia, quoties immediatè atque in perſonâ propriâ læditur, id quod accidit, cum Senior à vaſallo ſuo occiditur, *arg. tit. 24. §. porrò lib. 2. F.* Rittersh. *in part. feud. lib. 2. cap. 5. quæſt. 5.* Præterquam ſi ad ſui defen-

fensionem vasallus Dominum vim injustam inferentem interfecerit, cum aliter adversus vim & impetum Domini se tueri non posset, *arg. l 3. ff. de just. & jur. l. 3. C. ad L. Cornel. de sicar.* Rittersh. *dict. cap. 5. quæst. 7.* Ludolph Schrad. *in tr. feud. part. 9. cap. 4. n. 55.* Vult. *de feud. lib 1. cap. 10. num. 28.*

*VI.*

Aut si Dominum in adulterio uxoris suæ deprehensum interemerit vasallus; quamvis enim vasallo jure permissum non sit, dominum in adulterio deprehensum interficere, si tamen hoc fecerit, feudo privari non debet, quoniam dominus feudi adulterium cum uxore vasalli committens contra obligationem reciprocam ex contractu feudi descendentem delinquit; Insuper & juris apertissimi est, maritum uxoris suæ adulterum interficientem non puniri pœnâ ordinariâ, *arg. l. si adulterium. §. Imperator ff. ad L. Jul. de adult. l. Divus. ff. ad L. Pomp. de parricid.* Schrad. *dict. part. 9. cap. 4. num. 92.* Rittersh. *dict. cap. 5. quæst. 8.*

*VII.*

Quin & solus conatus, quantumvis effectus non fuerit subsecutus, ad pœnam privationis sufficit, proinde si vasallus vitæ solummodò domini insidias struxerit, eumvè hostiliter fuerit aggressus, quantumvis mors non fuerit subsecuta, beneficiô nihilominus cadit, *tit. 5. § similiter. lib. 1. F. tit. 24. § 2. vers. porrò tit. 57. lib 2. F.* Rittersh. *dict. lib 2. cap. 5. quæst. 5.* Zas. *in epit. feudal. part. 10. num. 37. cum seq.* Schrad. *part. 9. cap. 4. num. 47.* Vult. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 20.* Schneidevvin. *in epit. feud. part. 8. cap. 1. num. 115.* Idemque de minis vasalli dicendum, quibus domino mortem, aut vulnus, aut verbera est minatus, Schrader. *dict. part. 9. cap. 5. num. 13.* Ob solam tamen cogitationem, quæ ad effectum deduci non cœpit, feudum vasallo non adimi, certissimi juris est, *l. cogitationis. 18. ff. de pœn. tit. 51. § si voluerit. lib. 2. F.* Rittersh. *dict. quæst. 5. & seqq.* Sonsb. *de feud. part 12. n. 38.* Schrad. *cap. 4. n. 47.*

*IIX.*

Secundò, à fideli directò & immediatè offenditur dominus, cum gravem aliquam & insignem patitur injuriam, & vel pulsatur, aut vulneratur, *tit. 24. § porrò. lib. 2. F.* quo casu non solum erga benefactorem suum vasallus extremè ingratus existit:

sed etiam contra juramentum fidelitatis, quo sanctè juravit, se curaturum, ne quam læsionem in suâ personâ dominus excipiat, *tit.47. vers. ego juro. lib.2 F.* manifestè delinquit. Borch. *de feud. cap.8.num.110.* Schneidvv. *in epit. feud. part.8. cap.1. num.91. & seqq.* Rittersh. *dict. cap.5. quæst.9.*

*IX.*

Tertiò, si vasallus domino feudi graves & inhonestas injurias verbales intulerit, ejusque famam & existimationem læserit, *tit. 24. § porrò. lib. 2. F.* quoniam vita & fama pari passu ambulant, *arg. l. justa. 9. ff. de manumiss. vindict.* Vult. *dict. [illegible]* Rittershus. *cap. 5. quæst. 10.* Schrader. *in tract. feud. part.9. [illegible] num. 104.* Cum quo convenit Jus Saxon. *art.14.* Landrecht. *in gloss. germ. num.3.* Ob ein Mann seinen Lehnherren gröblich schmähete oder ihme vorsetzlich Schaden thete / dadurch mag er sein Lehn verlieren / Schneidvv. *in epit. feud. part. 8. cap. 1. n. 98.*

*X.*

Quacunque porrò ratione vasallus famam & existimationem domini offenderit, veluti ipsum sine veniâ [illegible] in jus vocando, aut famosâ actione pulsando, aut [illegible] interdictum unde vi movendo, feudum amittit, Vult. *de feud. lib.1. cap.11. n.27.* Rittersh. *in partit. feud. lib.2. cap.5. quæst. [illegible]*

*XI.*

Quartò offenditur directò dominus, quando vasallus cum hostibus ejus amicitiam contrahit, *tit.57. lib.2. F.* Vult. *cap. 11. num.29.* Rittershus. *dict. cap.5. quæst. 12.* Sonsbec. *de feud. part. [illegible] num.43.* Zas. *in epitom. feud. part.10. num.32.* Borch. *de feud. cap.8. num.111.* Schneidvv. *in epit. feud. part.8. num.55.* Quod tamen procul dubio cum micâ salis accipiendum, si nempe amicitia cum damno & fraude domini conjuncta sit, & in perniciem ejus recedat: Alioquin certè injustè hoc nomine vasallus puniretur, cum dominus ab eo non possit nec debeat exigere, ut inimicitias alat cum illis, quos ipse odit, ac pro inimicis habet. Zas. *dict. part.10. n.27.* Rittersh. *dict. cap.5. quæst.12.* Schrad. *in tract. feud. part. 9. cap.5.* Schneidvv. *dict. part.8. n.58.* Vult. *dict. cap.11. n.29.* Sonsb. *dict. 120. n.43.*

*XII.*

Quod si non constet, utrum vasallus cum inimicis domini

in

in fraudem ejus amicitiam contraxerit, quæritur, Quid præsumendum, & cui incumbat probatio, domino an verò vasallo? Existimamus, amicitiam potiùs dolo & in præjudicium domini, quàm bonâ fide contractam præsumi, proinde vasallo incumbere onus probandi contrarium, cum unusquisque talis esse, aut certè fieri præsumatur, quales sunt illi, quorum consuetudine & conversatione utitur, & aliàs qui contrahit amicitiam cum inimico meo, inimicus etiam meus censeatur, *l. 28. C. de inoff. testam.* Zal. *in epit. feud. part. 10 n. 37.* Rittersh. *dict. cap. 5. quæst. 12.* Schneidvvin *in epit. feud. part. 8. n. 59.* Menoch. *lib. 5. præsumt. 3.*

XIII.

QUINTÒ, si vasallus Senioris sui delator existat, & per delationem istam dominum grave dispendium sustinere faciat, *tit. 24. § item si delator. lib. 2. F.* Rittersh. *in partit. feud. lib. 2. cap. 5. quæst. 19.* Rosenth. *de feud. cap. 6. num. 112.* Duar. *de feud. cap. 14. num. 13.* Schneidevvin *in epit. feud. part. 8. cap. 1. num. 53.* Sonsbec. *quæst. 12. num. 46.* Wesembec. *de feud. cap. 15. num. 5.* Proinde vasallus dominum feudi de crimine capitali accusans, pœnam privationis feudi incurrit, sive per se hoc fecerit, sive per alium, Zal. *in epit. feud. part. 10. num. 40.* Quod adeò procedit, ut etiam criminis veritas vasallum non excuset. Duar. *dict. cap. 14. n. 4.* Rittersh. *in dict. cap. 5 quæst. 14.*

XIV.

Præterquam si injuriam suam suorumq; persequatur vasallus, nec enim is salutem domini, vitæ suæ suorumq; anteponere tenetur, *l. 11 ff. de accusat. vid. Dissent. praeced. ib. 13* Zal. *dict. part. 10 n. 47.* Wesemb. *in comm. feud. cap. 15. n. 5.* Vel si dominum feudi criminis læsæ Majestatis reum agat, *arg. l. 7. ff. ad L. Jul. Majest.* Duar. *dict. cap. 14 n. 15.* Rittersh. *dict. quæst. 16.* Aut si impetratâ abolitione criminis, pœnitentiâ ductus ab accusatione desistat, *l. 11. ff. de* [illegible] Vult. *de feud. lib. 1. cap. 11. n. 27.*

XV.

SEXTÒ, offenditur dominus directò, quando vasallus arcana ejus scienter & dolo malo revelat, *tit. 17 lib. 1. F.* Schneidevv. *in epit. feud. part. 8 cap. 1. num. 31.* Vult. *cap. 11. num. 21.* Zal. *in epit. feud. part. 10 num. 34.* Sonsbec. *part. 12. num. 62.* Wesembec. *cap. 15. num. 5. & 6.* Borch. *cap. 8. num. 126.* Quod procedit, etiamsi

doloſo ipſius propoſito eventus non reſpondeat, nec damnum aliquod exinde ſentiat dominus, cum in delictis voluntas ſpectetur, non exitus, modò voluntas in actum deduci cœperit, *l. 14. ff. ad L. Cornel. de ſicar.* Rittersh. *in dict. cap. 5 quæſt. 22.* Schrad. *tract. de feud. part. 9. cap. 5. num. 50.* Borch. *dict. cap. 8. n. 126.* Zaſ. *dict. part. 10. n. 34.*

XVI.

SEPTIMÒ, ſi vaſallus in causâ criminali vel civili modicâ adverſus dominum teſtimonium dixerit, *tit. 33. verſ. ſimiliter lib. 2. F.* Sonsbec. *part. 12. num. 68.* Borch. *de feud. cap. 8. num.* [illegible] Zaſ. *dict. part. 10. num. 49.* Vult. *cap. 11. num. 27.* Excipitur tamen cauſa feudalis, in quâ teſtimonium vaſalli adverſus dominum haud pœnam meretur, per *tit. 32. & 33. lib. 2. F.* Zaſ. *dict. part. 10. num.* [illegible]. Rittersh. *dict. cap. 5. quæſt. 18.*

XVII.

OCTAVÒ, quando aut Seniorem aut feudum ipſum fidelis abnegat, modò hoc ſciens ac dolo malo, non [illegible] quâdam faciat, nec ad id faciendum metu aut vi, cui reſiſtere non poteſt, compellatur, *tit. 26. §. vaſallus ſi feudum, lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 11. num. 28.* Sonsbec *de feud. part. 12. num.* [illegible]. Rittershus. *dict. cap. 5. quæſt. 28.* Et de Jure Saxon, *art. 32. lib. 1.* Landrecht *in gloſſa:* Sprechen ſie aber *num. 3.* Alſo auch verleuret man das Lehen/ ob einer ſpreche/ das Gut were eigen. Schneidewin. *in inſt. feud. part. 8. cap. 1. num. 39.* Nec refert, abnegatio illa judicialis ſit, ſive extrajudicialis, *arg. dict. tit. 26 lib. 2. F.* Duar. *de feud. cap. 14. num.* [illegible] & ſive totum feudum abnegetur, ſive pars aliqua, quamvis eum, qui partem abnegat, iſtâ ſaltem parte privari æquius videatur, *arg. dict. tit. 58. lib. 2. F.* Rittersh. *in dict. cap. 5. quæſt. 31.* Borch. *de feud. cap. 8. n. 115.*

XIIX.

Et hiſce modis feudum amittitur propter Feloniam in ipſius domini perſonam directò & immediatè commiſſam. Per conſequentiam Felonia committitur in dominum, quando perſonis poteſtati ejus ſubjectis injuria infertur; nam injuriam quiſ non ſolùm per ſemetipſum, ſed etiam per liberos ſuos, quos in poteſtate habet, item per uxorem ſuam patitur, teſte Juſtin. in §.

per

*patitur.11. Inst. de Injur.* Vult. *dict. cap.11. num.30.* Proinde vasallus dominum cucurbitans, hoc est, cum domini uxore concumbens, *tit.5. §. item si fidelis. tit.21 §. fin. vers. sed si concumbens. lib.1. F.* vel pudicitiam ipsius attentans, *dict. tit.5. vers. item si fidelis,* feudo cadit, Vult. *de feud. lib 1. cap.11 num 31.* Duar. *de feud. cap.14. num.11.* Borch. *de feud. cap.8 n.91.* Sonsb. *part.12. n.16.*

*XIX.*

Quod ipsum quoque ad Sponsam videtur extendendum, *arg. l. 13 § Divi ff. ad L. Jul. de adult.* Vult. *cap.11 num 31.* Rittersh. *cap.5. quæst.102.* Wesembec. *cap.15. n.5.* Sonsbec. *part.12. n.18.* Utrum autem idem dicendum de viduâ domini? valdè controversum est. Plerique existimant, non minus feudo privari vasallum, qui cum illa rem habuit, quàm si cum uxore aut sponsâ Senioris concubuerit, cùm vidua honorem & dignitatem ac privilegia mariti retineat, *l. fœmina 8 ff. de Senator. l. filia 22 § vidua ff. ad Municip.* Zas. *in epit. feud. part.10. num 27.* Borch. *dict. cap.8. n.96.* Schrader. *part.9. cap.2 num 5.* Sonsbec *part.12 num.16.* Sed placet nobis sententia negantium, *per tit.21. §. si quis. lib.1. F.* Vult. *dict. cap.11 n. 31. vers. quid de vidua, &c.*

*XX.*

In filiâ Senioris & nepte ex filio, idem quod de uxore domini statuit Jus feudale *dict. tit.5 § item si fidelis lib 1. F.* Sonsbec. *de feud. part.12 num 28.* Duar. *dict. cap 14. num.11.* Vult. *dict. cap.11. num 31 vers sed non.* Zas. *in epit. feud. part.10 num 24.* Wesemb. *de feud. cap.15. num.5* Borch. *cap.8. n.95.* Consimiliter, si fidelis cum nuru domini concubuerit, privationis pœnam incurrit; Idem dicendum de eo, qui cum sorore domini, quæ adhuc in domo ipsius est, rem habuerit, *dict. tit.5 § item si fidelis, lib 1. F.* Sonsbec. *dict. part 12. num 28.* Borch. *dict. cap.8. n.95.* Zas. *dict. part.10. n. 25.* Vult. *dict. n.31. vers sed non.*

*XXI.*

De pedissequâ domini quid habendum, incertum est? Verius tamen videtur, eum qui hanc vitiaverit, feudo privandum non esse, nisi voluerit injuriâ insigni afficere domini uxorem, *§. patitur. Inst. de Injur.* Vid. Sonsbec. *part.12 num. 22.* Vultej. *dict. cap.11 num.31. vers. uxori.* Nec refert, utrum prædictas personas

va-

vasallus volenter, an verò invitus subegerit, cum utrobique dominus injuriâ affectus censeatur, *l.1.§.usq. adeò.5 ff.de injur.* Vult. *dict, cap.11. num 31.vers. caterum non distinguimus.* Zas. *in epit. feud. part 10.n.27.* Schrad. *de feud.part.9.cap.2.n.19.*

XXII.

Occasione etiam rerum atque bonorum in dominum per consequentiam felonia committitur, & vasallus feudo privatur, quando hoc sine consensu domini in alium transfert, [illegible] *F.* Nisi fortassis ex ignorantiâ juris aut facti fuerit facta alienatio, Vult. *dict.cap.11.num.40.* Sonsbec. *part.12. num.* [illegible] *de feud.cap.11. num.16.* Quod si tamen vasallus partem [illegible] feudi alienet, toto feudo non privatur, sed partem [illegible] amittit, per *tit.38.lib.2.F.* Borch. *de feud.cap.8.n.54.*

XXIII.

Præterea ex culpâ in rebus domini commissis vasallus feudo privatur, quando dolo malô aut latâ culpâ feudo [illegible] idque deterius reddit, Vult. *dict.cap.11 num.39.* Zas. *in epit. feud. part 10, num.54.* Schrad.*part.9 cap.6.num.59.* Weiembec. [illegible] *cap.15. num.6.* Sonsbec. *part.12 num.67.* Schneidvvin *in epit. feud part.8. cap 1.num 30.* quod & Juri Saxonico convenit, [illegible] *in gloss. sub verb.* Wer auch ben seinem Lehen. [illegible] dieses wissen/daß alle Lehen von Gnaden herkommen / darumb wer ein Lehn hat/ und dasselbe übel gebrauchet/ der verleuret es/ quod tamen tum demum procedit, si deterioratio illa non fructus duntaxat feudi, sed ipsum feudum ejusque utilitatem perpetuam respiciat, Schrad. *dict.part.9.cap 6, num.69.*

XXIV.

Quin etsi Vasallus aliis domini bonis & possessionibus, veluti arcibus, castris, vicis aut civitatibus, quas ipse in feudum [illegible] cognoscit, damnum aliquod insigne intulerit, idque [illegible] & fraudulenter fecerit, vel alium idem moliri sciens celaverit dominum, nec maturè ei denunciaverit, feudo æquè privabitur, *tit.7.vers.& si contigerit, lib.2.F.* [illegible] *lib.1.F.* Schneidvv. *in epit.feud.dict.part.8.n.168.& seqq.* Vult. *dict.cap.11.n.38.* [illegible] *cap.15.n.5.*

25. Ob

XXV.

Ob feloniam adversus extraneum perpetratam feudum amittitur, quando parricidium in proprio fratre committitur, sive id faciat vasallus totius feudi aut hereditatis consequendæ spe, sive ob causam quamvis aliam, *tit.24 vers. denique, tit.37 in pr. lib.2.F.* Sonsbec. *de feud part 12.num 32 & seqq.* Wesembec, *cap. 15.num.5.* Vult. *dict.cap.11.num.34.* Schneidwin. *part.8. num.118. & 119.* Borch. *cap 8. num. 102.* Quod & verum de Jure Saxonico *lib.5.* Landrecht *art.84.* ubi dicitur: Tödtet auch ein Mann seinen Vater/oder seinen Bruder/oder seinen Freund/oder jemand/des eigen oder Lehen er erwartend ist/alle seine Anwartung und Belehnung hat er daran verlohren. Schneidw. *dict.num 159.* Idemq; ad quodvis parricidium extendendum videtur, Vult. *dict. cap. 11. num.34.* Curt Jun. *de feud.part.4. num 39.* Schrad. *part.9. cap. 3 num.25.* Si verò fratrem domini occiderit, feudo non privatur, *tit.37 lib.2.F.* Vult. *dict n.34.* Duar. & Sonsb. *dict. locis.*

XXVI.

Quid verò si vasallus sibimetipsi violentas manus intulerit, utrumnè feudum ad dominum redeat? quæritur: Sonsbec. *de feud part 12. num.57.* ita distinguit, ut si conscius sibi alicujus criminis, ex quo feudum amitteretur, si lata sententia fuisset, se vasallus interfecerit, tum agnati & descendentes ad quarum usque gratum feudo priventur, si verò tædio vitæ, tum ad descendentes & agnatos feudum devolvatur. Rectius tamen hoc casu alii feudum domino nō aperiri, nec ab eo agnatos & descendentes excludi indistinctè affirmant, cum nullius post mortem culpæ argui possit vasallus, nec pœna defuncto ulla irrogari queat, Vult. *dict. num.34.* & quos ibid. allegat.

XXVII.

Diximus hactenus de Felonia, quæ in committendo consistit. De altera, quæ omittendo perpetratur, nunc agemus. Idque fit PRIMO, si vasallus intra tempus legitimum investituram à domino feudi non petierit, *tit 24. tit 40 tit.55 lib 2 F.* aut fidelitatem non juraverit, eamvè ab initio recusaverit, *tit.3 in fin lib 2. F.* Nisi justam habuerit causam, ob quam id facere neglexerit, Duar. *de feud cap. 14 num.2.* Vult. *dict. cap 11. num 23.* Sonsb. *part. 12.n.3.* Jacob. de S. Georg. *in verb: dictiq; vasalli, num.2.* Wesemb. *cap 15.n.7.* Borch. *cap.8 n.4. & seq.*

XXIIX.

Secundò, si debita servitia vasallus Seniori præstare recusaverit, *tit. 24. §. sed non est, lib. 2. F.* Feudum etenim ob hanc causam datur, ut accipiens domino fideliter serviat, *tit. 21. lib. 2. F.* Vult. *dict. cap. 11. num. 22.* Duar. *cap. 14. n. 12.* Wesemb. *cap. 15. n. 3.* Borch. *dict. cap. 8. n. 111.*

XXIX.

Tertiò, si vasallus dominum feudi in acie periclitantem non juverit, sed ipsum deseruerit, aut aufugerit, *tit. 5. in princ. & §. fin. lib. 1. F. tit. 57. lib. 2. F.* Schneidvv. *dict. part. 8. num. 20.* Sonsbec. *part. 12. num. 10.* Wesemb. *dict. cap. 15. num. 5.* Duar. *dict. cap. 14. n. 4.* Quod si vasallus fugitivus pœnitentiâ ductus statim in aciem revertatur, idem adhuc dicendum est, cùm fieri potuisset, ut interea dominus occisus fuisset, Curt. Jun. *part. 4. num. 12.* Sonsbec. *part. 12. num. 14.* Cum vitæ tamen jacturâ dominum juvare, propriamque vitam domini vitæ postponere non tenetur, Duar. *cap. 14. num. 9.*

XXX.

Quartò, ob Feloniam in omittendo vasallus feudo privatur, si grandem aliquam jacturam domino imminere sciens non indicet, nec si potest, avertere studeat, *tit. 24. §. præterea, lib. 2. F.* vel si domino in periculis aut angustiis constituto succurrere noluerit, Sonsbec *de feud. part. 12. num. 15.* Wesembec. *cap. 15. num. 7.* Vult. *dict. cap. 11. num. 74.* Duar. *de feud. cap. 14. n. 10.* Borch. *dict. cap. 8. n. 106. & seqq.*

XXXI.

Quintò, si vasallus domino justitiam non administraverit, *tit. 24. §. 2. vers. illud tamen non, lib. 2. F.* hoc enim casu vasallum contra juramentum fidelitatis facere plus quàm manifestum est, *tit. 5. 6. 7. lib. 2. F.* quod cum fit, feudum amittitur, ut tradit Feudista, in *tit. 21. lib. 1. F.* Sonsbec. *de feud. part. 12. n. 9.* Zas. *in epit. feud. part. 10. n. 43.* Ludolph. Schrader. *dict. part. 9. cap. 7. n. 2.*

XXXII.

Cæterùm Feloniâ à vasallo commissâ, quæritur, an statim quamprimum delictum perpetratum est, feudum auferri possit, an verò sententia judicis desuper erit expectanda? Et quamvis nō de-

fine

sint, qui feudum ipso jure amitti statuant; Verius tamen est, per sententiam judicis de causa atque delicto cognoscentis, reumq; vasallum condemnantis feudum auferri, per text. lib. 1. F. ubi in hæc verba scribit Feudista: Sancimus, ut nemo miles sine cognita culpa beneficium suum amittat, si ex culpa sua vel causis convictus non fuerit, Vult. cap. 11. num. 59. Wesemb. cap. 15. num. 9. Rittersh. lib. 2. part feud. cap. 6 quæst. 15.

XXXIII.

Sed feudo ob Feloniam amisso, ad quemnam fructus feudi pertinebunt? Existimamus, fructus ex feudo ante feloniam commissam jam tum perceptos vasallum sibi retinere, ac restituere non compelli, usque adeo, ut nihil referat, an reconditi sint, vel non, arg. l. qui scit. 25. § 1. ff. de usur. Schrader. part 2 part princip. 9. sect. 3. num. 10. Perceptos vero post Feloniam commissam in universum omnes restituit, Rosenth. cap. 10. concl. 42. n. 31. Rittersh. in partit feud. lib. 2. cap. 6. quæst. 37.

XXXIV.

Quod ad meliorationes sive augmenta feudi attinet, ita distinguendum videtur: ut naturalia augmenta, id est, ea quæ sine hominis facto sola natura fundo feudali adjiciuntur, una cum feudo ad eum spectent, cui feudum applicandum venit, l. 2. § 1. ff. de A. R. D. Quod idem dicendum de fortuitis & accidentalibus incrementis, id est, iis quæ fortuito casu feodo adjiciuntur, Schrad. de feud. part. 2. part. princip 9 sect. 2. num 5. Industrialia vero melioramenta, si a feudo separari, & separata tanquam divisa a re feudali per se subsistere possunt, vasallo ejusve heredibus relinquantur, Schrad. d. sect. 2. Vult. cap. 11. n. 114. Vid. Fach. lib. 7. contr. 90.

XXXV.

Porro, feudum ob Feloniam amissum cui applicetur, seu ad quemnam devolvatur, perquam est controversum? Si aurei æquitatem inspiciamus, feudum ad agnatum proximum pertinere dixeris, sive Felonia commissa sit in ipsum Seniorem, vel directo, vel per consequentiam, sive in extraneum, modo sit feudum antiquum. Si vero textibus juris feudalis inhæreamus, decisio hæc distinctione erit temperanda, ut si Felonia fuerit commissa in domi-

minum, five directò, five per consequentiam, feudum ad dominum revertatur, idque indifferenter, sive feudum sit novum, sive antiqvum, *tit 24. § fin. lib 2 F.* Rittersh. *part.* [illegible] *feud. lib.* [illegible] *quæst 21. & seqq.* Vult. *cap. 11. n 70. & 71.* Duar. *cap. 7. n. 2.* Zas. *part. 10. n. 101.* Quod si verò in extraneum perpetrata fuerit Felonia, feudum si paternum est, ad proximos agnatos devolvatur, *dict. tit.* [illegible] *§ fin.* Fach. *2. controv. 21.* Vid. Rosenth. *in synops. feud. cap.* [illegible] *conclus. 1. ad concl. 14.* Burch. *cap 8 n. 130. & seqq.* Sonsb. *part.* [illegible] Hartm. Pist. *lib. 2 quæst 16. n 9.*

XXXVI.

Diximus hactenus, quibus modis ob culpam vasallus feudo cadit, sine culpa autem feudum amittitur, *Primò* interitu ipsius rei feudalis, quoniam feudum jus in re existit, quâ sublatâ [illegible] tolli necessum est, *arg. § fin Inst. de usufr.* Vult. *cap.* [illegible] Wesembec. *dict. cap. 15. n. 2.* SECUNDÒ, morte vasalli sine legitimis successoribus decedentis, Duar. *de feud cap. 16 n. 1.*

XXXVII.

TERTIÒ, feudum sine culpâ vasalli amittitur [illegible], Wesemb. *dict. cap. 15. n. 1.* Duar. *cap 16. n 2.* [illegible] QUARTÒ, præscriptione libertatis, quæ incipit ab eo tempore, quo domino servitia sunt denegata, & completur [illegible], Wesembec. *in tract. feud. cap. 15. n 3.* Duar. *de feud. cap.* [illegible] [illegible], si quis defectu corporis ad servitia feudalia ineptus atq; inhabilis redditus fuerit, Rittershus. *dict. cap.* [illegible] Schneidew. *in synops. feud. part. 8. n. 186. & seqq.* Sonsb. *part.* [illegible]

XXXIIX.

Modis hisce si feudum sine culpâ vasalli ad dominum revertatur, quæritur, ad quem fructus pertineant? Responsionem suppeditat Feudista [illegible] distinctionis [illegible] *consequenter lib 2. F.* [illegible], ut mortuo intra Kal. Mart. & Kal. Septembr. vasallo, omnes ejus anni fructus ad heredes vasalli [illegible]tur. Mortuo verò eodem ante Martium vel post Augustum completum, ad dominum devolvantur. Vult. *cap. 11. num* [illegible] Rittersh. *lib. 2 partit. feud. cap.* [illegible] *quæst 34.* Fach. *7 contr. 45.* Hartm. Pist. [illegible] *quæst 24. n 30.* Zas. *in epit. feud. part. 10. in fin.*

Ex

# Ex tit. 24. & 26. Aureæ Bullæ Caroli IV, Imperatoris.

## *Quæstio I.*

### *Quænam pœna læsæ Majestatis; Et num Reus criminis hujus, bona sua ipso jure amittat?*

Tit. 24. A. B.

Crimen læsæ Majestatis quia omnium verè atrocissimum & gravissimum est, nemini mirum videbitur, à Regulis juris communis multum in eo recedi; videlicet, admittitur † quivis ad accusandum, aliàs licet in delictis exclusus, *l. famosi. 7. ff. ad L. Jul. Majest. can. imprimis, 2. quæst. 1.* † summarie & de plano sine strepitu & figura judicii in eo procedi solet, Tiber. Decian. *in tract. criminal. lib. 7. cap. 37. num. 21.* Jodoc. Damhouder. *in prax. crimin. cap. [illegible] num. 16.* punitur † affectus sive conatus, licet non sequatur effectus, *[illegible] verb.* Daß in solchen Sachen der Wille gleich dem Verbrechen [illegible] Straff gestraffet werde, *l. quisquis C. ad L. Jul. majest. can. verum 4. quæst. 1.* Matth. de Afflict. *in cap. 1. verb.* & *bona committentium, num. 23. quæ sint Regal.* Gigas *in tract. de crim. læsæ majest. sub tit. qualiter & à quibus, quæst. 66.* † admittuntur testes singulares, Afflict. *dict. loc. num. 29.* † Appellationi locus non est, Decian. *dict. cap. 37. num. 39.* Ludov. Carrer. *in pract. crimin. in pr. num. 85.* Ad torturam potest procedi ad indicia aliis in criminibus quantumvis haud sufficientia, *l. si quis alicui. C. ad L. Jul. majest.* † Universitas alias non punienda, Bartol. *in l. aut facta §. nonnunquam ff. de pœn.* hoc in crimine ad aratrum usque delebatur, Afflict. *dict. verb.* & *bona committentium, num. 32.* † Arma & insignia Reorum Majestatis delentur & destruuntur, Martin. Laudens. *in tract. de crim. læsæ majest. quæst. 41.* [illegible] *ad Jul. Clar. in §. læs. majest. num. 23.* † eorumque ædes devastantur. Afflict. *dict. loc. num. 33.* Anton. Gomez. *de delict. cap. 2. rubr. de crim. læsæ majest. num. 11.* Bajard. *dict. num. 23.* quæque alia sunt singula-

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

10. ria in crimine hoc recepta, † ut non ineptè illud Tholosani accommodare huc liceat: Esse Majestatem latens quippiam, quod reddat præter naturam propriam aliquid mirabile, *lib. 5. de Republ. cap. 3. num. 2.* At † unde tam simplex criminis atrocissimi

11. pœna, leveque gladii supplicium Reis læsæ majestatis indictum à Carolo nostro *b tit. 24* & ab Impp. Arcadio & Honorio *in l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majest.* ubi Salycet. *num. 1. in summa.* † si alibi pœ-

12. næ delictis correspondere debeant, uti omninò debent, *l. [illegible] endum. ff. de pœn. l. 1. § sed & qui ff. de abigeis.* Hippolyt. de Marsil. *in l. 1. num. 256. C. de rapt. virgin.* Nicol. Reusner. *lib. 2. [illegible] num. 8.* Ecquis enim nescit, † eandem obtinere pœnam in delictis

13. homicidii, adulterii, diffidationis, haud tàm atrocibus, si cum Majestatis crimine comparentur: ut non sine causâ miratus fuerit Scipio Gentilis, *1. de Iurisdict. 2.* tàm simplex & ignobile mortis genus heic esse statutum, ac Imperatores antiquis legibus mitiores fuisse, † cum tamen pleraque *in dict. l. 5. C. ad L. Jul. majest.* ad

14. acerbitatem sint conquisita, ac ob enormitatem criminis, pœna ad filios quoque extensa. Sed facilè removebitur scrupulus, † si genuinum *dict. l. quisquis. 5.* (in quâ Sanctio Carolina procul

15. dubio est fundata) apprehendamus intellectum: nec gladii vocula, capitis tantummodò amputationem, † sed omne genus ultimi supplicii denotatum existimemus, sensu minimè insolito, quem suppeditat *l. 3. ff. de jurisd. & l. 31. ff. ad L. Jul. de adult.* Sci-

16. licet, † quod gladius fuerit insigne in judiciis rerum capitalium, ex quo sæpissimè jus gladii jus vitæ ac necis, criminisque coërcitionem indigitat, Scip. Gentil. *lib. 3. de jurisdict. cap. 2.* Camerar.

17. *oper. subcis. centur. 1. cap. 76.* perinde ac † capitis pœna quodvis capitale supplicii genus, *l. 6. § 4. l. 7. ff. de re milit. l. 8. § 4. l. 28. [illegible] ff. de pœn.* Utque intellectui huic annuamus, † cogit nos Ordinat.

18. criminalis Carolina, quâ proditores Principum, Urbium, Provinciarum, prostrati in terram per plateas ad locum supplicii rapiantur, trahuntur, aut ignitis forcipibus lacerantur, postea verò in partes quatuor scinduntur, *art. 124.* Welcher mit boßhafftiger Verrätherey mißhandelt/ sol der Gewonheit nach/ durch Vier-

19. theilung zu todt gestrafft werden etc. † It: Und wo solche Verrätherey grossen Schaden bringen möchte/ als die so ein Land/

20. S(tatt)

Kindt/ seinen eigenen Herrn/ Bettgenossen/ oder nahen besipten
Freund betreffe/ so mag die Straffe durch Schleiffen oder Zungen
reissen gemehret werden. Cui accedit Jus Saxonicum, † quod in 21.
proditores Rotæ statuit supplicium, *lib. 2 Landrecht art. 13.* in cu-
jus locum ex consuetudine etiam dissectio in quatuor partes est
surrogata, attestante Reinhardo *part. 3. differ. 34. ibi:* Aber nach
Gewonheit und Gelegenheit der Verbrechung werden sie geviertheilet. † Severior autem modo eandem luunt pœnam Rei per- 22.
duellionis in Gallia transalpina, ubi quatuor equis alligati dilace-
rantur vivi, referente Hieron. Gigas *in tract. de crimin. læsæ ma-
jest. Rubr. de pœn. crim. læsæ majest. quæst. 1. num. 1 & fin.* Ita scili-
cet hodie Rei majestatis sæpiusime severiori supplicio plectuntor:
Quamvis † nec raro mitior quoque obtineat hoc in crimine pœ- 23.
na, nam deportatione & infamia coercetur, qui hostem fugien-
tem sciens suscepit, *l. in punct. l. eorum 4. ff. de pœn.* † Relegatio- 24.
nis vero & infamiæ pœna imponitur ei, qui hostem populi Ro-
mani quodam occultari loco non ignorans diu dissimulavit, *d. l.
40. & 24. ff. de pœn.* Bocer. *de crim. læsæ majest. cap. 3. num. 109.* † nec 25.
absurdum esse, puniri aliquem relegatione ob commissum læsæ
majestatis crimen, scribit Anton. Capyc. *decis. 32. num. 10.* Non
parum quoque auget rigorem supplicii, † quod liberos infamia co- 26.
mitetur paterna, *d. l. quisquis C. ad L. Jul. Maj.* Reusque
majestatis simul omnia sua bona amittat, *h. tit. 24 vers.* und alle sei-
ne Güter [illegible] *fisco* zugeeignet werdē *l. ult. ibi: hereditas fisco vin-
dicatur ff. ad L. Jul. majest. l. 5. l. 6. l. 7. & l. ult. C. eod. tit.* † quod nec jure 27.
novo omni sublata confiscatione, est immutatum, *Auth. bona da-
mnatorum C. de bon. proscript. & damnat.* Ordin. crimin. Carol.
*art. 218.* † in quo delenda vocula *vel*, ne sensus invertatur, mo- 28.
nente Georg. Remo, *in Nemesi Karulina, dict. art. 218.* quo de plu-
ribus dixi *in pract. crimin. part. 3. quæst. 135. num. 27. & seqq.* Neq;
sub hac sanctione † excepta velim bona feudalia; quæ licet ob 29.
commissum Majestatis crimen fisco haud cedant, quia singulari
jure censentur, *l. jura libertorum. 4. ff. de jur. patronat. l. eorum. 9 ff. ad 30.
L. Jul. Majest. l. 48. § ult. ff. de jure fisci*, † ad dominum tamen rever-
tuntur. *Ord. pac. publ. August. de anno 1548. sub Rubr.* Die Poen
der Friedbrecher, *ibi:* auch die Lehen/ so viel die Ubertfahrer deren ge-
habt

brauchet/dem Lehnherrn verfallen seyn. & *Ordin. Camer. part. 2. tit.* 9. § 2. Regner. Sixtin. *de Regal. lib. 2 cap. 12 n. 42. & cap. 21 n. 61.* Bocer. *de crim. læsæ majest. cap. 3. num. 44. & seqq.*

31. Sed annum † confiscatio bonorum ipso jure obtinebit? Ita quidem sentiunt DD. communiter, ut videre est apud Jul. Clar. *lib. 5 sentent. §. læsæ majestatis n. 9.* Jacob. Menoch. *consil. 99 n. 160. & seqq.* Petr. Theodor. *in Colleg. crimin. disp. 5. th. 8 lit. D.* Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 40 n. 6.*

32. † per textum *in sæpe alleg. l. quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest. cap. felicis § si qua vero. & seq. extr. de pœn. in 6to.* Quod quidem

33. ipsis concesserim, modò tamen non excludatur † sententia declaratoria, ita scilicet, ut Reus Majestatis non confestim à tempore delicti amissionem bonorum sustineat, sed damnatoriâ seu declaratoriâ demum sententiâ latâ, Henr. Bocer. [illegible] Anton. Peregrin. *de jur. fisci. lib. 5 tit. 1 n. 171.* Anton. Fab. [illegible]

34. *ject. 20.* Andr. Fachin. *9. controv. 35.* † Nec enim quisquam reus existimatur, priusquam talis per sententiam declaretur [illegible] *l. 14. C. ex quib. caus. infam. irrog.* [illegible] *not. infam.* Est quod hoc ipsum, quod notabiliter [illegible]

35. † leges quascunque ac jura in universo orbe ipso jure pœnam imponentia ita intelligenda fore, dummodò secuta [illegible] sententia declaratoria super crimine commisso, *in [illegible]*

36. Hoc ut ad crimen Majestatis accommodemus, inducit nos [illegible] *C. ad L. Jul. Majest.* quo convictis demum de hoc delicto, bona &

37. facultates eripiuntur: quod monendum duxit Carolus [illegible] *b. tit. 24.* Damit so der Verstorbene dessen überwunden/ sein Gedächtnüß verdammt/ und die Gütere dessen Nachkommen entzogen werden. *Et infin.* Da man befinden würde/ daß solche Person gesinn schuldig gewesen. Ut hinc vere pronunciaverit JCtus Paulus:

38. † Eum qui Majestatis criminis Reus factus est, ante damnationem dominum esse rerum suarum, in *l. quæsitum* [illegible]

39. *quib. manum.* † Et JCtus Marcianus: Reum ejus, qui Majestatis reus est, distrahi à fisco non posse, antequam damnatio facta fuerit, *in l. res quæ in controversiâ. 22. in pr. ff. de jur. fisci.*

Quæst.

# QUÆSTIO II.

## Crimen læsæ Majestatis an committatur in Imperatricem, & Regem Romanorum?

Læsæ Majestatis crimen non nisi à subditis perpetrari indubitatum ferè est, *Clem. pastoralis*, § *denique*. & §. *seq. de sentent. & re judic.* Cæpoll. *consil. crimin. 17. n. 17.* Jul. Clar. *in pract.* §. *læsæ majestatis num. 6.* Martin. Laudens. *in tract. de crim. læsæ majest. quæst. 22.* Anton. Gomez. *de delict. cap. 2. n. 10. vers. unum tamen est.* † Sed in quemnam hoc committatur, haud expeditum? Suppeditat tamen decisionem vocula (*Majestatis*) quam delictum hoc semper præsupponit; Ubi enim Majestas non est, nec lædi ea poterit, † in quo verò illa existit, fieri haud potest, ut violatione ejus subditi haud fiant criminis hujus Rei. Cùm ergò Imperator Romanus † omnium potentissimus & invictissimus Majestate ac splendore fulgeat, quin crimen hoc in ipsum committatur, nemo inficias ibit, *l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majest.* Bocer. *de crim. læsæ majest. cap. 2. n. 9.* At num † etiam contra Imperatricem sive Augustam? quam nunquam non Impp. multi honoris genere sunt prosecuti, in tantum, ut † Imp. Justinianus Theodoram suam venerabilem in §. *ult. Inst. de usucap.* ac reverendissimam appellaverit, in *Nov. 8. cap. 1.* Affirmativè equidem † decidit hanc quæstionem Riemer. *quæst. jurid. illustr. decad. ult. quæst. 1.* non sine offensione Limnæi, † qui multis contra eum disputat *lib. 2. Jur. publ. cap. 16. n. 25. & seqq.* in generali tamen fundamento subsistit, nullâ nimirum lege, *in toto tit. ff. & C. ad L. Jul. Majest.* nec alia quapiam expressum reperiri, quod in Augustam crimen committatur. † Sed cùm ratio juris legi æquipolleat, quin & lex ipsa sit, quæ in spiritu rationis vivit, Ruyneal. *in addit. ad Alexandr. lib. 2. consil. 20. n. 9.* Panormit. *in cap. sicut consuetudo. 2. n. 8. extr. de probat.* non omni fundamento videtur destituta assertio Riemeri. † Ex quo enim Imperatrix plurimis gaudet privilegiis Imperatoriis, & ratione solennium juris æquè legibus soluta videtur, *l. 34. C. de donat. l. ult. C. de bon. quæ liber.*

Tit. 14. A. B.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

11. *ber.* † quin & promulgationem legum sibi vendicat, non potest non hinc Majestas quædam ipsi communicata censeri, quam & Jus præcedentiæ innuit, de quo Bulla nostra *in tit.* 28 §.

12. Es sol auch eine Keyserin. † Regerit quidem Limn. *add. loc.* n. 34. nullam reperiri posse legem aut constitutionem ab una vel altera

13. Augustâ latam: Sed opponimus ipsi † leges & constitutiones Cambræ, Clothildis, Brunichildis, Zenobiæ, Amalasuinthæ, Theodolindæ, Irenæ, Zoæ, Agnetis Imperatricum, quarum me-

14. minit Goldastus *in præfat. part.* 2. der Reichssatzungen. † Et non-ne Augusta Cancellarium habet Abbatem Fuldensem? *Recess. Imper. de anno* 1566. *in subscript.* quod ipsum notam quandam Majestatis refert, secundum tradita Herm. Kirchn. *in Morvillero* [illegible]

15. *cap.* 4. Ac posito, † Majestatem non omninò consentire Imperatricis personæ, cum potestas ejus moribus hodiernis, si non planè sublata, haud parum tamen diminuta sit, advertente Goldasto

16. *cit. loc.* nihilominus Riemeri assertum firmum stat salvum, † si Imperatoris personam observaverimus, cujus Majestas [illegible] in Augustâ, ut hinc crimen majestatis si non in Augustam, attamen in Augusti committatur, scilicet adversus Imperatorem.

17. Quod si enim † maritus injuriis uxori illatis offenditur, ac propterea injuriarum agere valet, § *patitur autem*. [illegible] *Inst. de injur.* ubi Joh. Schneidew. n. 1. & *seqq.* l. 1. § *item aut per semetipsum* [illegible] & *seqq.*

18. *ff. de injur.* qui fieret, ut non † lacesseretur persona Imperatoris ejusque Majestas, si non injurias quis Augustæ tantummodò inferret, sed & necem ejusdem molitetur. Et nonne Imperatrix

19. pars corporis Principis, vel potius cum ipso una caro, *Matth.* 19. *vers.* 6. quæ sola ratio crimen majestatis probat, *l. quisquis* 5. *C. ad L. Jul. Majest.* frustra reclamante Limn. & corpus *in d. l.* [illegible] pro Consistorio & Consilio Imperatoris accipiente, quem intellectum

20. † licet nativus voculæ sensus admitteret, non malè tamen inde ad corpus naturale inferri posset: nec in Senatores crimen majestatis propterea perpetrari dicitur, quia sedent in consilio Prin-

21. cipis, sed contra ipsos pariter & Consiliarios, † quia sunt pars corporis ejus, *d. l.* 5. Quid verò juris in Rege Romanorum?

22. Fundamentum decisionis, ut supra diximus, † in eo consistit, an Regi Roman. competat Majestas, quæ à politicis definitur

[illegible]

summa & perpetua, legibusque soluta potestas, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8.* Christoph. Besold. *lib. 1 polit. cap. 2. § 7.* Clem. Timpler. *lib. 3. polit. cap. 1. quæst. 1.* Henning. Arnis. *lib. 1. de majest. cap. 1. & 4.* Tob. Paurmeist. *lib. 1. de Jurisdict. Imp. Roman. cap. 4. num. 22.*

23. † Hæcne potestas penes Romanorum Regem? Eam ab ipso exercitam, & Comitia indicta fuisse haud inficiamur, probant enim

24. hoc ipsum *Recess. Imper. Spirens. de anno 1542.* §. Und damit. *Recess. Augustan. de anno 1548. in pr. vers.* So haben wir. *de anno 1555.*

25. §. Und im fall. Ex quo etiam illud † Aus Römischer Keyserlicher und Königlicher Macht und Vollkommenheit. *in Recess. Noriberg. de anno 1542.* §. Würde sich aber jemand: Item: Vor der Keyserl. Majestät, uns als Römischen König, oder dem Keyserl. Cammergericht. *Ordin. Camer. part. 2. tit. 10. in pr.* It. Durch die Keyserl. Maj. oder uns als Römischen König. *tit. 15. in pr.* At hæc partim † non

26. jure proprio, sed nomine Cæsareæ Majestatis, partim ex speciali conventione inter Carolum V. & fratrem Ferdinandum, datoque mandato cum liberâ, *d. d. Recess. Imper. de anno 1555.* §. Damit aber. § Und wiewol. § So sich dann. Goldast. *tom. 1. Constit. Imper. pag. 577.* Regi namque Romanorum, vivente adhuc Imperatore electo, de quo nobis hic quæstio, † ordinariam, proprioque

27. jure competentem potestatem, tantum abest, ut etiam huic plane renunciare cogatur, quin de Capitul. Cæsar. §. Wir sollen und wollen uns auch keiner Regierung noch *administration* im H. Römischen Reich weiter oder anders unterziehen, denn so viel uns dessen von Keyserl. Majest. vergönnet und zugelassen wird. † Eoque

28. [illegible] contentio Protestantium cum Cæsare, *anno 1532.* Suinfurti facta: ut si quando Rex Romanorum crearetur, vivo Imperatore, non suo sed solius Imperatoris nomine Rempubl. administret, nec ullam sibi potestatem aut imperium arroget, Christoph. Besold. *de Jurisdict. Imp. Rom. quæst. 15.* Reinhard König *in theatr. polit. part. 1. cap. 24. num. 12.* † ac ne Principes atque Ordi-

29. nes Imperii ullâ ei teneantur fide aut jurejurando, nisi post mortem Cæsaris, Johan. Sleidan. *lib. 8.* Deficiente igitur potestate ordinariâ, corruit etiam majestas, ac proinde nec læsæ crimen ipsæ majestatis. Placet † siquis tamen Imperatoris vel in perniciem

30. Reipubl. contra Regem Romanorum quicquam moliatur, ex



quo

quo ruina Imperii metuenda, vix crimine hoc censebitur exemtus, repugnante constitutione Henrici VI. † haecce verba (31.) impeditante: *Illi omnes sunt rebelles & infideles nostri Imperii, qui quomodocunque publicè vel occultè contra nostrum honorem & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & contra Imperii nostri prosperitatem aliquid machinantur, contra nos, seu officiales nostros in iis, quæ ad commissum ejus officium pertinent, rebellando, Rubr. qui sunt rebelles, in Extravag. 11.*

## *Quæstio III.*
## *Num in Principes ac Status Imperii committatur crimen læsæ Majestatis?*

*Tit. 24. A. B.* De Principibus quoque ac Statibus Imperii vulgò quæritur, † (1.) an in eos crimen læsæ Majestatis committatur? Quod quidem quoad Electores expeditum est propter clarissimum Caroli nostri effatum, *h. tit. 24.* §. So jemand mit Fürsten Kürfürsten ꝛc. (2.) † Idque mereri videbatur dignitas eorum & excellentia singularis, quippe quorum Collegium basis & fundamentum Imperii Romani, Nicol. Betsi. *de pact. famil. illustr. pag. 227.* quorum humeris Imperii celsitudo committitur, † (3.) & ex quorum quasi gremine, mortuo Imperatore, Aquila, quæ umbra alarum suarum occidentem tegit, producitur, Arum. *ad tit. 4. A. B.* † (4.) Quantum verò ad reliquos Proceres & Status Imperii, res dubio non caret; Postquam enim Bulla nostra Electorum solummodò faciat mentionem, iisque per speciale quoddam privilegium hoc juris indultum sit, † (5.) ut eorum offensores crimen majestatis incurrant, ad reliquos utique Imperii Principes & Status Imperii haud extendendum id erit, † (6.) contra naturam privilegiorum, & quia inclusio unius est alterius exclusio, *l. cum Prætor 12. in pr. ff. de judic. l. marituus 21. C. de procurat.* præsertim cum ex communi Interpp. judicato † (7.) adversus Principes inferiores superiorem recognoscentes crimen hoc non committatur, Anton. Peregrin.

de

*de jur. fisci. lib. 4. cap. 5. num. 24.* Matth. Wesemb. *in paratit. ad L. Jul. Majest. num. 7. vers. porrò quia tantum.* Anton. Gomez. *tom. 3. variar. resolut. cap. 2. num. 10.* Anchor. *consil. 255.* † Sed quo minus hic ullam admittamus differentiam inter Principes Septemviros ac reliquos Imperii Proceres & Status, præstò nobis sunt rationes urgentissimæ. (1.) † Quicquid enim de Principibus inferioribus Italiæ, Galliæ, aliorumque Regnorum tradant ac disputent rationabiliter *Dd.* ut videre est apud Prosp. Farinac. *part. 5. oper. criminal. quæst. 112. num. 176. & seqq.* certè aliter judicandum † de dignitate pariter & autoritate Procerum & Statuum Imperii, illam siquidem qui noscere cupit, intueatur seriem Comitiorum, ubi Imperator veluti Numen in cœlis præsidet, † cui assident quasi Septem Planetæ in Zodiaco, suas officiorum periodos obeuntes, Septemviri scilicet, & undiquaque circumsident Nobilissimi Stellarum chori, tot Archiepiscopi & Episcopi, tot Archiduces, Duces, Principes, Comites, tot Proceres & Magnates, Francisc. Carolus Dux Saxon. *apud Frider. Achill. in orat. pro German.* † Collegio huic quid in omni antiquitate conferri possit, nisi aut Amphictyonum consessum aut Achæorum concilium, se non videre, fatetur Thuan. *histor. lib. 1.* quam tamen comparationem quasi muscæ ad elephantum, dicit modò laudatus Saxoniæ Dux *loc. cit.* Tob. Paurmeist. *lib. 2. de Jurisd. Imper. Rom. cap. 1. num. 18. & 19.* † tanta nimirum Procerum Imperii dignitas, ferè Regia, ut hinc meritò dixerit Carolus V. Imper. In Germania se Regibus imperitare, Bernhard. Zieriz *de Princip. inter ips. dign. prærogat.* Non minor † quoque ipsorum est autoritas: Quis enim tàm ignarus in politicis, ut nesciat, Principes, Comites, Barones, reliquosque Imperii Status à consiliis esse Cæsareæ Majestati, ut qui in Comitiis Imperialibus de commodo & utilitate Imperii unà cum Imperatore consultant ac deliberant, quod e fidem faciunt omnes ac singuli Recessus Imperii. † Sive ergò Statuum Imperii præcellentiam & dignitatem, sive autoritatem intueamur, crimen majestatis in illos committi, fatebitur quisque convictus *l. 5. C. ad L. Jul. Majest.* † quæ fundamentum

8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16.



tum

tum hujus criminis ponit in dignitate illustri Consiliariorum, qui pars corporis sunt Imperatoris. (2.) Cumque porrò Prin-

17. cipes & Status Imperii † in consortium potestatis fuerint recepti ab Imperatore, ut quorum adsensu & autoritate, non nudo consilio negotia Imperii tractantur, decernuntur ac Decreta

18. Comitialia promulgantur, & quidem ex æquali potestate, ita † ut nec major Imperatori, nec minor Principibus conjunctim consideratis cõpetat autoritas, quin nec Imperator ex plenitudine potestatis, nec Ordines invito illo quicquam statuere possint. *Recess. Imper. de anno 1500.* § Und mit Churfürsten. Melch. Goldast. *in replicat. pro Imper. contra Gretser. cap. 11. pag. 25.* Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. n. 50.* Bolold. *de jurisdict. Imp. Roman. quæst. 1.* Wolffg. Frider. à Pappenheim *in*

19. *discurs. de jur. publ. cap. 3. concl. 6.* † & majestatem hinc ipsis communicatam, satis perspicuum est, quod & ingenuè fatetur Jacob. Zieriz. *in tract. de Princip. prærogat.* Ulterius ergò progrediamur,

20. † quis non animadvertit, crimen etiam majestatis adversus ipsos perpetrari, secundum tradita *quæst. 2. supr.* Bocer. *de crim. læsæ majest. cap. 2. num. 91.* Hieron. Giga. [illegible] qualiter & à quib. quæst. 29. Tiber. Decian. *in tract. crimin.*

21. *lib. 7. cap. 4. num. 8.* (3.) † Et hoc eò magis, quia in [illegible]ne Statuum Imperii, totius Reipubl. salus periclitatur, cum fieri nequeat, si quid in aliquem Principem committitur atrocius,

22. quin reverà etiam ipsum Imperii corpus, adeoque † illius caput Imperator aliquo modo lædatur, ejusq; majestas [illegible]tur, ut benè differit Petr. Theodor. *in Colleg. crimin. [illegible] 5.*

23. *lit. I.* Quid igitur est, quod † tantummodo Septemvirum Electorum faciat mentionem Bulla nostra, *d. tit. 24.* Parum id officit, si dicamus, non semper unius inclusione alios censeri ex-

24. clusos. † Vel differentiam constitui inter Electores & reliquos Imperii Status non quoad ipsum majestatis crimen, sed

25. quoad hujus coercitionem, † ita ut conspirantes in necem Electorum non solùm gladio, sed & confiscatione bonorum puniantur, non secus ac si adversus ipsummet Cæsarem crimen

26. majest. perduellionis, fuisset perpetratum: † quæ tamen confisca-

fessatio locum haud obtineat in crimine contra alios Principes attentato, juxta Nicol. Boer. *in tract. de sedit. quaest. 6* Caepolla *in consil. 17.* Fariuac. *d. quaest. 112. n. 200. & 204.*

## Quaestio IV.

## *Imperator an immediatè soli Deo, quam habet, acceptam referat potestatem?*

Multum sollicitus est Carolus IV. Imper. de ordine & praecedentia inter Electores, & *tit. 26.* circa processionem cum insignibus, in celebratione Curiae solennis, simul disponens, quo ordine & à quibus † Corona Aquisgranensis & Mediolanensis gestari debeat, *vers.* Es sollen auch strafse etc. Quae sanctio licet in desuetudinem ferè abierit, ipsa † nihilominus remansit Coronatio, de qua *disput. seq.* unde ansa cogitandi Politicis data, † num per Coronationis actum conferatur quicquam potestatis Imperatori, vel, ut apertius dicam, an is ab Electoribus, vel immediatè à Deo habeat potestatem? Quae quaestio † & alios Principes ac Reges superiorem haud recognoscentes concernit. Et verò non uno in loco Imperator potestatem suam Deo fert † acceptam, ut *in l. 1. C. de Summ. Trinit. l. 1. C. de veter. jur. enucl. l. ult. ad fin. C. de quadr. praescript. l. ult. C. de praescript. long. temp. l. 2. C. de off. Praef. Praetor. Nov. 73. in praef. § 1. Nov. 6. in pr. & aliis textibus juris.* † quos studiosè congessit Joh. Azor. Jesuita *tom. 2. Inst. moral. lib. 10. cap. 2. § 6.* quod idem fecit Carolus V. Imper. *in Recess. de anno 1548. in pr. ibi:* Haben wir aus auffgelegtem Ampt / darzu wir vom allmächtigen Gott beruffen sind / etc. Theodor. Reinking *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 3. cap. 2. num. 3.* † Negant tamen Pontificii, Reges immediatè à summo Deo suam obtinere potestatem, cum succedant aut lege hereditatis, aut electionis, aut donationis, aut jure belli, qui sunt tituli humani, non divini, Bellarm. *de Summ. Pontif. cap. 7. & de translat. Imperior. cap. 9. ac in Respons. ad 8. proposit.*

Tit. 26. A. B. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

pro

*pro cauſ. Venetor. propoſ. 1.* Didac. Covarruv. *pract. quaſt. cap. 1. n. 6.*

9. Non abs re, † cùm ipſemet alibi fateatur Imperator, ſe omnem poteſtatem habere à populo, *l. 1. ff. de Conſtit. Princip. l. 1. §. enim. C. de vet. jur. enucl. l. 1. ff. ad L. Jul. ambit.* & ne ex hodierno tem-

10. pore quæratur effugium, † certum facit Bulla noſtra, ex ſuffragiis Electorum ortum & poteſtatem trahere Imperatorem. Fatemur utique, ſpeciem aliquam hæc præſe ferre, ſed nil certi

11. inferre. Breviter † ut mentem noſtram aperiamus, probanda videtur diſtinctio vulgaris, poteſtatem ſcilicet Imperatori & Principibus conceſſam à Deo eſſe immediatam, modos verò eam conſequendi eſſe ſine dubio humanos; † Quam haud

12. obſcuris firmat verbis Ludovicus Imp. inquiens: *Declaramus, quod Imperialis dignitas & poteſtas eſt immediate à ſolo Deo, & quod de jure ac Imperii conſuetudine approbata, poſtquam aliquis eligitur in Imperatorem ſive Regem, ab Electoribus Imperii concorditer vel majori parte eorundem, ſtatim ex ſola electione eſt verus Rex*

13. *& Imperator Romanorū cenſendus & nominandus,* † apud Alber. de Roſate *ad l. bene à Zenone. C. de quadr. praſcript.* Frid. Hortled. *de cauſ. belli Germ. Carol. V. lib. 1. cap. 47. pag. 512.* [illegible] *lib. 7. annal.* Munſter. *in Coſmograph. lib. 3. de German. pag. 470.* Ipſam

14. ideoque poteſtatem obtinet Imperator † à Deo, ſecundum verba clariſſima der Churfürſtl. Ordnung apud Goldaſtum *tom. 2. der Reichs-Satzungen, pag. 35.* Der Keyſer hat ſeine Gewalt ohne alle Mittel von GOtt/ licet per modum electionis ad illam

15. pervenerit, † veluti Pontifex à Cardinalibus eligitur, poteſtatem verò ſuam ex unanimi Pontificiorum voto immediatè Deo accep-

16. tam refert. † Et Matthiæ Apoſtoli vocatio proculdubio immediate erat à Deo, ſors nihilominus interveniebat, perinde ut in electione Saulis, Cluten. *in Syllog. rer. quotid. lib. 4. lit. 2.* Nec parum hoc firmat † confeſſio Friderici III. *in reformatione Fran-*

17. *cofurt. de anno 1442. in pr. ibi:* Sintemal Wir von Gottes Gnaden unverdienter Sachen zu der Würde des Römiſchen Königl. Gewalts erhöhet. † Et Maximil. I. Imper. *in Receſſ. Imp.*

18. *Wormatienſ. de anno 1495. ſub tit. Reformation* Das heimliche Gerichte in Weſtphalen betreffend. §. Ehrwürdige. *ibi:* nachdem Wir

Wir von der Gnaden GOttes zu der Höhe Römischer Königl. Würde unverdient beruffen und kommen seyn/ etc. Hinc prædicatum † illud communissimum: Von Gottes Gnaden erwehlter Römischer Keyser / quod & ipsum satis perspicuè nostrum probat assertum; quicquam enim potestatis si Electoribus acceptum ferret Imperator, procul dubio hoc ita temperaret: Von GOttes und der Churfürsten Gnade / quemadmodum Bertoldus de Zeringen, † ne in Imperatorem, à quo Principatum tenebat, videretur injurius, in Deum verò improbus, conceptis hisce verbis uti maluit: Ego Bertoldus de Zeringen Dux & Rector Burgundiæ, Dei & imperiali gratiâ, Johan. Limn. *lib. 4. Jur. publ. cap. 6. n. 30.* Ita verò, † inquies, Principes etiam inferiores, qui vitam & esse ab imperiali mutuantur gratiâ, von GOttes Gnaden se constitutos prædicant, sicuti † Abbates & Prælati: Von Gottes Verhengnüß / quod idem in est ... cum priori vocali Verhengnüß / in bonam partem accepta, † quâ & ... legitur Fridericus Dux Suevicus, von Verhengnüß Göttlicher Mildigkeit / apud Crus. *part. 2. lib. 7. cap. 1. annal Suevic.* Quæ verò Principum horum beneficium ab Imperatore acceptum ..., † ut hinc prædicatum illud, von Gottes Gnaden / quod ad probationem nostræ mentis adduximus, medium concessæ potestatis, haud excludere videatur, † si non id Principes inferiores temerè sibi arrogare assertum eamus. Quo sine dubio nixus fundamento Ludovicus XI. Rex Francorum, Armoricorum Ducem † verba ista, *Dei gratiâ*, de suis jussit detrahere scriptis, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. ult.* Sed benè res se habet, nec titulus hic Principibus invidendus, † si ex qualitate subjecti attemperetur intellectus. Cùm enim omnis provectus ad divinitatis munera sit referendus, nec aliquid constet bonum, nisi quod ab ipsa dignoscitur esse collatum, † sicut & potestas omnis est à Deo, *Rom. 13. v. 1.* gratâ utique mente omnes hoc agnoscunt Magistratus, & potestatem, quem habent, Deo acceptam referunt, sed † non immediatè, nec beneficium superioris, cujus existunt creaturæ, inficiantur. Alius verò prædicati hujus est intellectus in personâ Imperatoris, qui electus gratiæ Electorum hoc attribuere n... † cum illi nullum

19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.

gratiâ aut alio affectu ad gubernacula Imperii promovere possint, sed imò cogantur juratò promittere gratiam omnem hoc ipso electionis ab actu abesse, & absfuturam, *A. B. tit. 2.* Limn. *dict. cap. 6. num 31.* Solius ergò Dei gratiam Imperator agnoscit. †Quin & si potestatem pensitaverimus, quam conjunctim Principes Imperii cum Imperatore in Comitiis exercent, eoque intuitu de majestate participant, *quæst. præced.* & ipsos † potestatem à Deo immediatè hoc respectu obtinere, tituloque von Gottes Gnaden/ jure optimo uti, dictu haud absonum. † Licet alii hunc singulari privilegio, vel saltem longissimæ consuetudini ac observantiæ in Principibus Imperii adscribant, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. pag. 2. cap. 7. num 40.* Limn. *dict. cap. 6. num 32.*

## *Quæstio V.*

## *Majorne sit Imperator Imperio, vel Imperium majus Imperatore?*

Ex præcedente & hæc pullulat quæstio satis ponderosa & perplexa, inprimis inter Theodorum Reinkingium *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 5. cap. 9.* & Johan. Limnæum *lib. 1. jur. publ. cap. 12. num. 20. & seqq.* multùm agitata; † ille equidem, cui novissimè accedit Godofred. Fibig. *in Elect. jur. publ. semidec. 7. quæst. ult. & semidec. 8. quæst. 1.* partes Imperatoris tuetur: at hic †pro Imperio militat, quibus in castris etiam sodat personatus ille Hippol. à Lapide *in dissert. de rat. stat. part. 1. cap. 3. sect. 2. & 3.* †utraque opinio fundamentis haud destituitur, quæ heic reassumere instituto arcemur. Potissimùm tamen innititur Reink. qualitati & naturæ majestatis, eamque penes Imperatorem, non Imperium residere, † atque hinc Cæsarem ex plenitudine potestatis, omnibus ac singulis, observatis tamen Dei & Regni legibus, imperitare contendit, ex quo superioritatem adstruendam autumat. Cui † alio adhuc patrocinatur fundamento Fibig. idque syllogisticè: In quemcunque enim Principem, *ait*, ab Imperii Statibus potestas ita translata

est.

eſt, ut quædam Majeſtatis jura eidem ſoli, ejuſdemque libero exercitio reſervata, † quædam verò licet eidem certo modo reſtricta, nihilominus tamen illius moderationi ſimul relicta ſint, is certè Imperii Statibus major eſt. † Major propoſitio omni caret dubio; Minor etiam in propatulo eſt, inquit ille. Econtra Limnæus urget † juramentum fidelitatis, quo Imperator Imperio eſt obſtrictus ex *Receſſ. Imp. de anno 1500. tit.* Von auffgerichtem Landfrieden/ *de anno 1521 & 1548 ſub iisdem Rubr.* nec non majeſtatem Imperii realem, † Reipublicæ coævam, adeoq; durabiliorem & præſtantiorem poteſtate Imperatoris. Et quod tandem hic miniſteria præſtet Imperio, indigitantibus verbis † exauctorationis & depoſitionis Wenceslai apud Goldaſt *tom. iii Conſtit. Imp pag. 379* Major autem eſſe nequit miniſter Imperii ipſo Imperio. Addit quo Autor *diſſert. de ratione ſtatus Imper. Roman germ.* † Imperatorem teneri Imperio ſeu Ordinibus Imperii, actionum ſuarum rerumque geſtarum reddere rationem, quin & ſi dignitate Imperatoriâ indignus judicetur, à gubernaculis removeri ac dignitate exui, idque † plurimis firmat exemplis, & reſolutionem adducit D. Matthiæ Imp. quam in Comitiis Ratisbonæ *anno 1613.* habitis, Proteſtantium Legatis intimari fecit: Es wolten Ih. Keyſerl. M. [illegible] dero Keyſerlichen ſchweren Beruff und *autoritet in adminiſtration* der *juſtitien* alſo in acht nehmen und erzeigen/ daß Ihre Majeſtät es gegen Gott/ den Ständen/ und bey künfftigem Reichstage verantworten könten; *ex Auct.* Gründlichen Berichts des jenigen [illegible] ſo bey dem zu Regenſpurg vorgeweſenem Reichstage verhandelt worden. *pag. 16.* † Sunt hæc præcipua utriusque partis fundamenta, quæ ad regulas politicæ veritatis heic revocare ſuperſedemus, veremur enim ne omnia æquali ſtent talo. Nobis † quid animi ſit ut aperiamus, utrumque ſuſtineri poſſe aſſerum opinamur, ſi, quid per Imperium intelligatur, probè penſitaverimus, duplici enim id accipitur ſenſu: † Propriè, quatenus denotat Imperatorem cum univerſis Imperii Proceribus, ſeu totum Imperii corpus, quod conſtat capite Imperatore, ac membris ſuis, Statibus Imperii, *A.B tit 2* §. Ich N. Ertzbiſchoff. *Receſſ. Imper. de anno 1530.* §. Dergleichen Wir. *It. de anno 1541 in pr.*

7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.

*pr. de anno 1546.* §. Dieweil aber. *circa fin. de anno 1543.* §. Und
17. färber. quo sensu † auctoritatem Imperii, h. e. Imperatoris & Procerum conjunctim accepti, majorem esse quàm solius Imperatoris facilé largimur, nec abnuit ipse Reinkingius *dict. cap. 9. n. 16.* Abusivo autem sensu, † si per Imperium duntaxat Proceres ac Status quis intellectos velit, non possumus non contradicere Limnæo pariter & Autori *de ratione Status Imperii Romano-germanici*; quis enim caput præstantius haud dixerit membris?
18.
19. † & quis nescit Status Imperii in consortium Potestatis ac Majestatis ita receptos esse, ut major pars penes Imperatorem resideat, quin & jura quædam Majestatis soli Imperatori sint reservata, nihil de hisce participantibus Imperii Proceribus,
20. † puta quod solus possit Principibus exteris milites in Imperio conscribendi dare licentiam; adversus non subditos
21. Imperii processus decernere: † de feudis majoribus, [illegible] inter Status cognoscere, ut refert Denaisius *[illegible] Cæsaris in Imperio eminentia. & aliquot seqq.* [illegible]
22. *[illegible] cap. 8* unde passim † mentionem fieri videmus in [illegible] Recessibus der Kayserl. Hoheit Freyheit und [illegible] *Imper. de anno 1542.* §. Hierumb de[illegible] K[illegible] [illegible] und Voll-
23. kommenheit. Ex † quo etiam Status Imperii magis ad Monarchiam quàm ad Aristocratiam inclinat, licet aristocraticé sit mixtus, Gothofr. Anton. *in disp. AntiVult. de potest. Imper. & Statu hodierno Imperii*, apud Goldast. *in polit. imper. part. [illegible]*
24. Nec infringunt hanc distinctionem † argumenta prædicti Autoris *de ratione status &c.* quibus & Imperatorem Proceribus subesse contendit, ex quo enim ipsum universitatis corpus cum singulis membris misere confundit, ita se certè implicat, ut pro vero falsum venditare haud erubescat.

*Soli Deo Gloria.*

*In Nomine Jesu Christi!*

# Disputatio Feudalis Decima & Ultima,

De

# *Judicio & Processu feudali.*

RESPONDENTE

ARNOLDO Mengering.

*POSITIO I.*

CUm parum sit, jus nosse, quod nobis competit, nisi etiam sciamus modum & viam ejus tuendi, conservandique aut persequendi: Idemque explicatis omnibus quæ ad naturam feudorum facere visa fuerunt, restat ut de judicio ac processu feudali agamus. Quia vero omne judicium ex tribus præcipue constat personis, Judice, Actore & Reo, de istis initio est dispiciendum, Vult. *lib. 2. de feud. cap. 2. in pr & in Jurisprud. Roman. lib. 2. cap. 1. n. 4.*

*II.*

Judex feudalis est vel Dominus feudi controversi, vel Pares curiæ, vel ordinarius loci illius Magistratus, Vulrej. *de feud. dict. cap. 2. num. 2.* Sonsbec. *part. 14. num. 1.* Dominus feudi sive Senior judex competens est, quando de feudo contentio est inter pares curiæ, juxta effatum Imperat. Frideric. *in tit. 55 § fin. lib. 2. F.* Si inter duos vasallos de feudo est controversia, cognitio sit domini, & per eum controversia terminetur. Ritteshus. *in partit. feudal. lib. 1. cap. 9 quæst. 2.* Vult. *dict. cap. 2. n. 10.* Duar. *de feud. cap. 20. n. 2.* Borch. *cap. 10. num. 17.*

III.

De feudo itaque Regali, si de eo inter Capitaneos regni Duces, Marchiones vel Comites controversia moveatur, soli Imperatori competit potestas cognoscendi, Duar. *de feud. cap.* [illegible] *num.* 5. Zas. *in Epit. feud. part. 11. num. 6.* Sonsbec. *part. 14. num. 10.* Adeo, ut quamvis hodie Camera Imperialis ipsum Imperatorem repræsentet, veluti sigillo Cæsareo utitur, & processus sub nomine Imperatoris quotidie decernit, non tamen cognoscat de Ducatu, Principatu, Marchionatu, Comitatu, &c. Cum hic casus soli Imperatori sit reservatus *in Ord. Camer. part. 2. tit. 7.* Ob auch Sachen fürfielen / Fürstenthumb / Hertzogthumb / Graffschafft belangend / so vom Reich zu Lehn rühren / so einem Theil gäntzlich und mündlich abgesprochen werden solten / derselben Erkäntnüß wollen wir uns / oder unsers abwesens / unserm [illegible] Bruder / dem Römischen König hierin / doch sonst in andern Sachen dieser unserer Ordnung ohn abbrüchig / vorbehalten haben / und dieselben aus dem Reich Deutscher Nation nicht ziehen. *Gail. [illegible] obs.* [illegible] *n. 7.* Vult. *de feud. lib. 2. c. 2. n. 9.*

IV.

Inferior verò dominus feudi judicat, quando inter convasallos de possessione & proprietate feudi Non Regalis oritur contentio, Vult. *dict. cap. 2. num. 10.* Duar. *dict. cap.* [illegible] Borch. *de feud. cap. 14. num. 17.* Curt. Jun. *part. 7. num. 5.* Jacob. *de* [illegible] *Rubr. 135.*

V.

Cum autem simpliciter jura feudalia dominum inter convasallos judicem competentem agnoscant, parum refert, an sponte vel coactus vasallum litigantem investiverit, Borch. *dict. cap.* [illegible] *num. 19.* Vult. *dict. cap. 2. num. 12.* Idemque dicendum [illegible] Franco sive allodio libero, ut si de hoc controversia [illegible] tes convasallos, judex competens sit dominus feudi, [illegible] *part. feudal. lib. 2. cap. 9. quæst. 2.* Borch. *dict. cap. 16. n. 20.*

VI.

Nihil porrò interest, dominus feudi sit Laicus an Clericus. Ideoque licet Episcopus, aliave persona ecclesiastica [illegible] Laicis feuda concesserit, pro competente tamen inter eos [illegible]

judice. Menoch. *de retinend. possess. remed.* 3. *n.49.* Borch. *dict. cap.* 10. *num.* 21. E converso, si litigantes sint Clerici, judicium & sententiam in Curia domini sustinebunt, per *cap. ex transmissa. extr. de for. compet.* Et si alias Clerici, sive de civili sive criminali causa agatur, coram judice Laico experiri nequeunt, *cap.* 12. *extr. de for. comp.* Duar. *dict. cap.* 10. *num.* 6. Zas. *in Epit. feud. part.* 11. *n.* 7. Borch. *dict. cap.* 10. *n.* 25. Ritterhus. *lib.* 2. *cap.* 9. *quæst.* 2. Vultej. *de feud. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 13.

*VII.*

Hæc autem, quæ de convasallis dicta fuere, ita demum procedunt, si utrique litigantes se judicis vasallos fateantur. Alteruter enim si hoc inficietur, non dominus feudi, sed Pares Curiæ competentes erunt judices, Vult. *dict. cap.* 2. *num.* 14. Curt. Jun. *de feud. part* 7. *n.* 25. Borch. *dict. cap.* 10. *num.* 31. Rittersh. *dict. cap.* 9. *quæst.* 2. Duar. *de feud. cap.* 10. *n.* 7. Zas. *in Epitom. feud. part.* 11. *n.* 8.

*VIII.*

Quod si unus litigantium dicat feudum esse novum, alter vero id judicet antiqvum, cognitio penes dominum non est; quippe de cujus interesse simul controvertitur: Deferendum itaque erit judicium Paribus Curiæ, *tit.* 46. *lib.* 2. *feud.* ubi Schenck Baro à Tautenberg & Hot. Curt. Jun. *part.* 7. *num.* 5. Vult. *dict. lib.* 2. *de feud. cap.* 2. *num* 18. Si vero uterque dicat feudum antiqvum, in casu dubiæ jurisdictionis, dominus una cum Curia jure sibi vendicat cognoscendi potestatem, Zas. *in Epit. feud. part.* 11. *n.* 8. Curt. *dict. part.* 7. *n.* 6. Vult. *dict. cap.* 2. *n.* 17.

*IX.*

Porro: si dominus feudi justitiam administrare intermiserit, & requisitus in negligentia perstiterit, quin cognitio per viam justitiæ denegatæ vel protractæ ad judicem ordinarium devolvatur, ambigendum haud est, Borch. *dict. cap.* 10. *num.* 28. Curt. Jun. *part.* 7. *n.* 14. Vult. *dict. cap.* 2. *n.* 20. Idque multo magis dicendum, si dominus in dictum judicem consenserit, quo ipso facultatem cognoscendi videtur ei concessisse ac potestatem delegâsse. Vultej. *dict. loc. n.* 21. Borch. *dict. cap.* 10. *n.* 29.

*X.*

Idem plane obtinet si pacto investituræ, consuetudine, vel

Principis constitutione aliud fuerit provisum & introductum. Quid vero de pupillis, Viduis, aliisque miserabilibus personis dicendum, quibus ab Imper. Constantino hoc juris ac privilegii concessum novimus, ut omisso ordinario judice, adversarium suum in prima instantia coram Imperatore convenire possint, *l. unic. C. quando Imper. int. pupill.* Num in judicio etiam de causa feudali hoc privilegio ipsis consultum erit? Affirmant quidem id Curt. Jun. *part. 7 n 12* Sonsbec *de feud. part. 12 num. [illegible]* Burch *de feud. cap 10 num. 27.* Sed rectius Vultejus [illegible] personarum respectu, controversiam feudalem [illegible] à judice feudi ordinario terminandam contendit, *de feud. lib. 1 cap. 2 num. 22 & in l. unic. num 17. & seqq C. quando Imper. int. pup.* [illegible] jura feudorum nusquam ita distinguant. Ex quo infertur porrò licet, causam feudalem inter vasallos Studiosos & Academicos haut remittendam fore ad Scholæ Rectorem vel loci Episcopum, ut maxime aliis in negotiis ad ipsum provocare queant [illegible] in universitatibus operam navantes, specialiter privilegiati in *auth. habita. C. ne filius pro patr.*

*XI.*

Pares Curiæ judices sunt in controversiis feudalibus, quoties contentio est inter dominum & vasallum de caso feudum concernente, *tit. 55. § praterea lib. 2. F tit. 39 § [illegible] lib. 2. F.* Vult. *lib. 2 feud. cap. 2 num. 23.* Duar. *cap 20 num 11.* Zas. *in Epit. feud. par. 11. num 11.* usque adeo, ut si lis incidat inter Imperatorem & vasallum, Paribus cognoscendi potestas deferatur, Wesembec. *de feud cap 17.* Vult. *dict. cap. 2 num. 24.* Borch. *cap. 10 num 6.* Germani hoc judicium vocant das Manngericht. Rittersh. *dict. lib. 2. cap. 9 quæst. 6.*

*XII.*

Plures autem si concurrant Pares Curiæ, omnes simul judicis partes sustinent, nisi domino & vasallo litigantibus, quosdam duntaxat ex iis placuerit eligere, coram quibus causa proponatur, quo casu tamen neuter ob electione excludendus, Vult. *dict. cap. 2. num 25.* Zas. *in Epit. feud. part. 11. num. 17.* Rittersh. *dict. lib. 2. cap. 9. quæst. 10 & seq.* Hartm. Hartman. *de feud. tit. [illegible] observ. [illegible]* Duar. *cap. 20. num. [illegible]* Sonsbec. *de feud. part. 14. num. 3[illegible]* [illegible]

Cass-

falsò suspicio objiciatur, si vel soli domino, vel soli vasallo electio daretur, *arg. l.47. ff. de judic.*

*XIII.*

Quod si tamen dominus circa electionem contumax existat, & aut nolit eligere, aut in electione tergiversetur, tunc soli à vasallo electi judicabunt, Schrader. *de feud. part. 10 sect. 8. num. 136.* Sonsbec. *dict. part. 14. num. 32.* Quemadmodum vice versâ vasallo tergiversante aut electionem renuente facultas eligendi ad solum devolvitur dominum, Vult. *dict. lib. 2. cap. 9. quæst. 13.* Schrad. *dict. sect. 8. n. 8 cum seqq. & n. 131. cum seqq.*

*XIV.*

Eoque modo Pares Curiæ electi coguntur etiam inviti judicare, cum vasallus vi juramenti fidelitatis teneatur domino facere justitiam, ita, ut si id recuset, perjurus fiat, feudumque amittat. Sed num juramentum de rectè judicando à Paribus Curiæ exigendum? Quidquid alias de jurejurando judicis dispositum in *l. rem non novam. C. de judic.* id nequaquam ad vasallos Pares Curiæ extendendum dixerimus, quippe quos juramento fidelitatis jam obstrictos scimus, quid opus ergo novo jurejurando? Hartm. Hartman. *de feud. tit. 54. observ. 22.* Moz. *de var. feud. num. 113.* Borch. *de feud. cap. 10. num. 37.* Mynsing. *cent. 4. observ. 59.* Vult. *dict. cap. 2. num. 29.* Rittersh. *dict. cap. 9. quæst. 9.*

*XV.*

Ordinarius loci judex de controversiis feudalibus cognoscit, quando dominus non alios habet Pares præter illum, cum quo litigat, *tit. 16. lib. 2. F.* Rittersh. *dict. cap. 9. quæst. 24.* Vult. *dict. cap. 2. n. 34.* Borch. *cap. 10. num. 13.* aut si Pares Curiæ ex rationabili causa suspecti arguantur, quo casu ad ordinarium judicem loci necessario recurrendum est, Vult. *dict. cap. 2. num. 33.* Hartm. Hartman. *tit. 54. observ. 21.* Borch. *dict. cap. 10. num. 11.* Menoch. *de retin. poss. remed. 3. n. 440.*

*XVI.*

Neque aliud dicendum, si Pares Curiæ in eadem causa testes requirantur, Curt. Jun. *part. 7. num. 38.* Jacob. de S. Georg. *in verb. & lib. vasall. num. 13.* Vult. *dict. cap. 2. num. 36.* Aut si dominus conveniatur ab extraneo, id est, eo qui omnino vasallus non

est, nec se ratione rei controversæ vasallum fatetur, & vicissim si extraneus conveniatur à domino, ut maxime illud fiat occasione rei, de qua alius est investitus. Neque enim causa illa feudalis est, neque hinc coram Paribus Curiæ ventilanda, sed ab ordinario judice tractanda & decidenda, Vult. *dict. cap. 2 n. 31.*

XVII.

Diximus hactenus, quis Judex sit competens in causis feudalibus, ex quibus apparet, quænam in iisdem causis personæ sint litigantes; videlicet Senior feudi & vasallus, qui ordinem [illegible] in causis proponendis strictè observare debent. Cum autem sine actione non liceat experiri in judicio, utrique, domino pariter & vasallo certæ sunt actionum species proditæ.

XIIX.

Et domino quidem feudi actiones competunt tam in rem quàm in personam: In rem actio sive Rei vindicatio [illegible] tur Seniori ex dominio rei feudalis directo, non solum adversus tertium possessorem sive detentorem; verum etiam adversus ipsum vasallum de re feudali sibi restituenda, quoties per sententiam & condemnationem judicis feudo exuitur. Vult. *de feud. lib. 2. cap. 1. num. 20 & 21.* Duar. *in comment. feud. cap. 14. num. 1.* Rittershus. *in partit. feud. lib. 2. cap. 8. quæst. 14.* Butch. *de feud. cap. 9. num. 21.*

XIX.

Actio personalis, quâ domino succurritur, est Condictio causâ datâ causâ non securâ, quæ tùm competit, quando alicui quid datum est ob causam, ut scilicet vicissim quid detur aut fiat. *tot. tit. ff. & C. de condict. caus. dat. caus. non sec.* Quapropter si causa, ob quam feudum est constitutum, non fuerit secuta, hæc condictio feudi domino dabitur, ad condicendam rem in feudum concessum: Sive igitur servitia à vasallo haut præstita, sive quid contra juramentum fidelitatis factum fuerit, hæc actio competit, *arg. tit. lib. 1. F.* Vult. *dict. cap. 1. n. 17.* Rittersh. *dict. ubi. cap. 8. quæst. 14.* Butch. *cap. 9. n. 22.*

XX.

Idemque dicendum, si felonia fuerit commissa, ac feudum extinctum. Nam & hoc casu domino hanc condictionem ad rem

re-

feudalem repetendam dari, probabilius videtur, Duar. *in comm. feud. dict. cap 19. num. 1.* Borch. *cap 9. num 22.* Rittersh. *dict. cap. 8. quaest. 14.* Nec refert, servitia illa, ob quae feudum constitutum est, sint expressa & determinata, nec ne, cum *tit. 21. lib. 2. F.* in praesenti negotio circa servitia plane non distinguat, Rittershus. *dict. quaest. 14.* Duar. *dict. cap. 19. n. 11.*

XXI.

Quod si dominus malit urgere servitia, quàm feudum repetere, si quidem stipulatione servitia sint promissa, actio ex stipulatu praestito est, *Duar. dict. cap 19. num. 12.* Vultej. *dict. cap 1 num. 17.* Sin verò nuda existat promissio, actione praescriptis verbis succurri domino ad servitia extorquenda statuit Rittersh. *dict. cap. 8. quaest. 14* Cujac. *in prooem. feud. cir. fin.* Veruntamen rectius hoc casu condictionem ex lege competere decidit Vult. *arg. l. un. ff. de condict. ex lege.* Cum obligatio vasallatica nova lege sit introducta, nec tamen proditum, quo genere actionis experiri liceat, Vult. *de feud. lib. 2 cap 1 num. 17.* Hanc tamen condictionem domino adversus extraneum, in quem feudum sine ipsius consensu alienatum est, ad repetitionem, ut haud competere arbitramur, quamvis ... Rosenthal. *in synops. feud. cap. 12 concl. 9.* Rittersh. *lib. 2 part. feud. cap. 8. quaest. 16.* Schrad. *part. 9 sect. 9. n. 35. & ab eo allegati.*

XXII.

Utrum autem praejudicialis actio concedatur Seniori adversus vasallum, si ille se talem esse inficiatur, non plane expeditum est. Negat enim hoc ipsum Johan. Schneidvvin. *ad § praejudiciales Inst. de act. num. 20.* ibidemque Zas. *num. 29.* & Johan. Fab. Sed contrarium nobis videtur probabilius, quoniam feudum non solum rem, sed & personam vasalli afficit; adeo, ut in plurimis articulis vasallus liberto aequiparetur, Eberhard. *in Top. in loco 25. à liberto ad vasallum.* Rittersh. *cap. 8 quaest. 15.*

XXIII.

Interdicta porrò adversus vasallum domino competere existimant Vult. *in cap. 1 num. 22.* Duar. *de feud. cap. 19. num. 6.* Zas. *in Epit. feud. part. 11.* propterea, quod penes dominum sit possessio rei feudalis. Sed cùm hic jus suum possessionis in vasallum trans-

transtulerit, *tit.2.& 8.§.ult.tit.26.lib.2.F* quàm periculosa sit assertio Vulteji, obviam est. Rectius ideoque interdicta vasallo adversus dominum competere sentiunt Rittersh *in dict. lib.2.cap.8.q. 17*. Borch. *de feud. cap.7.n.25.*

XXIV.

Et hæ sunt actiones Seniori competentes; Vasallo con-militer jura nostra feudalia concedunt actiones tam in rem quam in personam. Actio in personam datur vasallo ad traditionem & investituram ex conventione, qua ipsi feudum promissum fuit, modo stipulatio accesserit. Ex nudo quippe pacto actionem non nasci expeditum est, *l 7 § quin imò ff. de pact.* Vid. Vult. *de feud. lib.2.cap.1.n.11* Borch. *cap.9.num.10.* Duar. *de feud. cap.18. n.2.* Rittersh. *dict. cap 8. quæst.5.*

XXV.

Factâ autem investiturâ feudoque traditô, conceditur vasallo actio ex moribus, sive condictio ex lege, quâ ad interesse experitur ratione feudi, à Seniore sibi præstandum, *tit.8. vers. domum quoq. lib.2.F.* Idque indifferenter, sive stipulatio sive pactum nudum investituram præcesserit; Quandoquidem nuda promissio feudi post investituram transiit in contractum, & traditione facta sumsit effectum, cœpitq, consequenter producere actionem, *l 45 ff de pact.* Duar. *de feud cap.18.* Vult. *dict. cap.1. num.11.* Rittersh. *in dict. cap.8. quæst 5.*

XXVI.

Vasallo etiam ratione feudi competunt actiones reales, de re ipsa enim feudali utilem rei vindicationem habet, qua rem ab alio possessam sibi restitui postulat, *tit.8.§. rei autem, lib.2.F.* ubi Schenck Baro & Hotom. Vult. *dict. cap 1 num.15.* Rittersh. *dict. cap.8 quæst 2.* Borch. *de feud cap 9. num 1.* Duar. *cap.18. num. 1.* quà actione vasallus non modò adversus extraneum possessorem, sed adversus dominum etiam ipsum, si quidem hic rem feudalem detineat, uti valet. Nec poterit hoc casu dominus feudi se contra vasallum exceptione dominii tueri, *arg. dict. tit.8. § rei autem. lib.2. F. & l.1. ff. si. ager vectig.* Rittershus. *dict. cap.8. quæst.2.*

41. Quod

XXVII.

Quod si uterque tàm vasallus quàm dominus feudum vindicare contendat à tertio quodam, placet, vasallum domino præferri: Cùm enim vasallus adversus ipsum dominum rem feudalem detinentem agere possit utili vindicatione, ut modò dictum; utique hîc in actione adversus tertium vasallus domino præferendus erit, Schenck Baro, & Petrus Ravenna *ad tit. §. 5. vel autem lib. 2 F.* Vult. *dict. cap. 1 n. 14.* Rittersh. *in dict. cap. 8 quæst. 4. & 16.* Hart. Hartm. *tit. 54. obs. 12.*

XXIIX.

Quin etiam de ipso feudo, sive de jure in re feudali constituto competit vasallo actio in rem, quæ ut de servitutibus, est Confessoria aut Negatoria, Vult. *in dict. cap. 1. num. 13.* Rittersh. *in dict. cap. 8. quæst. 8.*

XXIX.

Denique etiam petitio hereditatis vasallo concessa est, dummodò feudum sit hereditarium, non etiam ex pacto & providentia, ut quod jure hereditario non defertur, neque hereditate continetur, sed ab ea omninò diversum & separatum est, Vid. Rittersh. *in dict. cap. 8. quæst. 31.* Schneidvvin. *ad §. actionum, Instit. de action. sub. Rubr. de petit. hered. num. 54.* Niell. *dubus. feud. 9. in concl.* Mynsing. *cent. 3. obs. 67. num. 2.* Wesembec. *in paratit. de hered. petit. n. 11.*

XXX.

Hasce itaque actiones Senior & Vasallus justo ordine & modo exercere debent, qui cùm certus & specialis à jure feudali determinatus non sit, pro regula tradunt *Dd.* Eum qui in judiciis aliis ex jure communi aut usu fori frequentatur, servandum fore, exceptis singularibus quibusdam atque à processu vulgari diversis, de quibus sunt consulendi Feudistæ.

# Ex tit. 27. 28. & 30. Aureæ Bullæ Caroli IV. Imperatoris.

## *Quæstio I.*

### *Quænam officia Principum Electorum in celebratione Curiæ solennis: & num hæc ab Episcopo Bambergensi conferantur?*

*Tit 27. A B.* Non convenit Electoribus, quorum humeris Imperii celsitudo committitur, ut sint otiosi in administratione & consiliis Imperii, quin nec in celebratione Curiæ solennis, sed actibus & 1. officiis, cum membra Imperii nobiliora sublevent honorem Cæsareæ Majestatis, † ejusque dignitatem modis quibuscunque con- 2. servare ac promovere studeant. Quam ob causam certis muneri- 3. bus officiis † eos adstrictos voluit Carolus IV. Imper. in celebra- 4. tione Curiæ solennis *b. t. 27.* Saxonem Archimareschallum, † ut quam primum Imperator vel Rex Romanorum solium præpara- tum conscendit, avenam modo præscripto distribuat, [illegible] 5. Denn es soll: Electores tres Ecclesiasticos † Archicancellarium, quo Imperatore vel Rege Romanorum ad mensam [illegible], 6. præmissa benedictione Episcopali, † sigilla & typaria Imperialia sive Regalia reverenter in mensa ponant, §. Wenn aber der Key- 7. ser. † Brandeburgicum Archicamerarium, ut Imperatori vel Re- gi Romanorum det aquam manibus abluendis, §. Darnach sol 8. kommen, † Comitem Palatinum Rheni archidapiferatum, exer- cendo in cibo Imperatori vel Regi Romanorum apponendo, §. 9. Der Pfaltzgrafe sol gleichsfals. † Regem Bohemiæ Archipin- cernatum, quo scyphum vino & aqua permixtum Imperatori vel Regi Romanorum ad bibendum porrigat, §. Denn 10. sol der König zu Böheimb. Refert autem † [illegible] Carolus noster hoc ordine, quo officia ministrari debent, quia tamen [illegible]

ratione dignitatis & præcedentiæ in sessione pariter & processione aliter locari jussit *supr. tit. 4. 21. & 22.* † Hacque constitutione id effecit, ut certa hinc Electorum quoque secularium officia, quæ quondam temporanea & ambulatoria erant, & antiquitus † pro arbitrio Imperatorum ac Regum inter Principes sibi dilectos, beneque de se & Imperio meritos distribuebantur. Marquard. Freher. *de orig. Palat. part. 1. cap. 10.* Gevvold. *de S. Rom. Imper. Septemvirat. cap. 16.* † Factum hinc, ut tempore Ottonis I. Boleslaus Dux Bohemiæ haut muneri Pincernæ sed Dapiferi, quem etiam † culinæ Magistrum Bulla nostra appellitat, *d. b. c. 27. §. ult.* præfuerit, quo de ita scribit Hagecius: † Der Keyser bestellete alsobald / daß *Boleslaus* einen Kessel in des Keysers Küchen über dem Fewer halten / und diesen Dienst dem Keyser stets leisten solte. † Et postea: Daß er und alle künfftige Hertzoge in Böhmen / so offt es ein Römischer Keyser erfodert / jemand anders an den Keys. Hoff an ihre Stelle senden / und dem Keyser in der Küchen diesen Dienst zu leisten schuldig sein sollen. Und dessen sol ein jeder Hertzog in Böhmen zu einem Zeichen einen Kessel einer gemeinen Farbe / im rothen oder fewrigen Felde zum Wappen führen / *in Chron. Bohem. part. 1. anno 964.* † Lotharingorum porro Ducem Gilbertum omnia quondam procurasse: Everhardum Mensæ, Hermannum Franconem Pincernis. & Arnulphum Ordini equestri, ac eligendis locandisque castris præfuisse, notatum reliquit Witichindus Corbejensis *de gest. Sax. lib. 2. in pr.* Indifferenter autem † primitus officia hæc Electoribus jure hereditario fuisse concessa ab Ottone III. Imper. ne novus labor † recurrentibus Comitiis Imperatori semper adcresceret, nec unus præ alio respectus despectusque conqueri posset, vulgo autumant. Freher. *de orig. Palat. dict. part. 1. cap. 10.* Windeck. *de prim. Elect. orig. cap. 19.* Joseph. Cluten. *in Sylloge rer. quotid. concl. 24. lit. e.* usque dum Carol. IV. Imper. † certam hanc officiorum fecerit distributionem, modumque administrationis præscripserit. Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 8. num. 4.* Non parum hinc Archiprincipes Electores honoratos fuisse animadvertimus, nec quisquam errorem sequatur Bodini, † qui ea præstatione officiorum Electoralium, Principes servorum instar à Cæsaribus habitos impuden-

11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.

cet asserit, *lib.1. de Republ. cap.9.* Quemadmodum enim Majestas
22. Imperatorum † inde non parum clarescit, quod non homines
vulgares & plebejos suis ministeriis, non pueros delicatos suis
23. tricliniis, sed Principes adhiberi voluerint; Ita nec Principes †
ipsi suæ dignitati indecora illa ministeria unquam habuerunt,
quin potius ambierunt, Goldast. *dict. cap 8. num.12.* Freher. *d.*
24. *cap.15* Eoque majorem † vulgo putant dignitatem horum officiorum
rum Electoralium, quia non transeunt cum Electoratuum investitura,
25. stitura, sed necesse dicunt, eam ab Electoribus † per Vicarios [illegible]
ab Episcopo Bambergensi speciatim peti, Domin. Arum. *discus.*
*clus. 41.* Theodor. Reinking *de reg. secul. & eccles. lib.1. class.* [illegible]
*7. num. 5. & 6.* Johan. Limn. *lib.3. iur. publ. cap.* [illegible]
26. Quod sub Henrico II. Imperatore Comitatu Bambergensi in Episcopatum
piscopatum erecto, eidem primitus jure privilegii concessum,
scribit Caspar Bruschius *in Catal. Episcop. Bamberg. fol.* [illegible] At
27. latius digrediens † non modò prædicta officia Electoralia, sed
etiam feuda Electoratuum ipsa à Bambergensi Episcopo peti, ab
eoque desuper investituram impetrari asserit, [illegible] hoc
idem Peucerus *in Chron. lib.4.* Spangenberg *in Chron. Saxon. cap.*
28. *161.* Johan. Wolff. *lect. memorab. tom.2. fol.* [illegible] † [illegible] Politici,
litici, ut nesciam cui accedere debeam. Forsan [illegible]
tus sim, Electoratus pariter & officia Electoralia ab ipso Imperatore
29. tore † per investituram Electoribus concedi ac impetrari, in [illegible]
jus rei fidem adduco literas investituræ à Ferdinando I. Imperat.
D. Augusto Saxoniæ Electori factæ, *sub dato* [illegible] *Octob.* [illegible]
30. in quibus inter alia † hæc leguntur verba: Und dann [illegible]
über weiland der Durchläuchtigste Fürst Herr *Carl* der [illegible]
Römischer Keyser/unsere Herr Bruder/ und nechster Vorfahr
am Reich/ weiland gedachten Hertzog Moritzen *&c.* das Chur-
fürstenthumb/ Ertzmarschalckampt und Chur des Hertzogthumbs
zu Sachsen/auch *Vicariat* und die Pfaltz zu Sachsen mit ihren Zu-
gehörungen *&c.* gnädiglich gegeben und zugestellet/ damit auch ge-
dachten Hertzog Moritzen und seine männliche Erben [illegible]
auff gehaltenem Reichstage zu Augspurg [illegible] Jahr am [illegible]
*Febr.* offentlich unter dem Himmel und Fahnen/als Ihr [illegible]
Keyserl. Majest. in Ihrer Keyserlichen Gezierde gesessen/ in [illegible]

[illegible]

wissen aller andern Churfürsten / auch andern Geistlichen und Weltlichen Fürsten / Grafen und Herren in grosser Anzahl beliehen. *Et postea:* † Und uns derowegen demüthiglich angeruffen und gebeten / daß wir seiner Liebde und derselbigen männlichen Leibes Lehens-Erben mit obbenantem Churfürstenthumbe / Ertzmarschalchampt / dem Chur-*Vicariat*, Landen und Leuten *&c.* gnädiglichen beleihen wollen. *Ac rursus:* † Als haben wir solche seinen Hertzog Augusten demütige ziemliche Bitte angesehen / *&c.* Reichen und verleihen auch ihme und seinen männlichen Leibes Lehens-Erben solches alles *&c.* dergestalt / daß er vorgenanter Hertzog Augustus und seine männliche Leibes Lehens Erben obbemeldtes Churfürstenthumb zu Sachsen mit dem Ertz-Marschallampt und *Vicariat*, Pfaltz zu Sachsen / Burggraffschafft und Graffgedinge zu Magdeburg und Halle / auch allen andern obbenanten Landen *&c.* inne haben / besitzen / geniessen / gebrauchen und verwesen solle: Wo aber der obgenante Hertzog Augustus ohne männliche Leibes Lehens Erben abgienge / und seiner Leibes Lehens Erben nicht mehr weren / (das Gott nicht wolle) so solle das Churfürstenthumb zu Sachsen mit dem Ertzmarschalchampt / der Chur *Vicariat* und allen obangezeigten Landen / an gemeldte Hertzog Johann Friedrich den Mittlern / Hertzog Johann Wilhelmen / und Hertzog Johann Friederich den Jüngern / und derer männliche Leibes Lehens Erben / wie solches im Hause zu Sachsen hergebracht / vor allen andern kommen. *&c.* Satis inde perspicuum est, † Officia Electoralia unà cum Electoratibus non ab Episcopo Bambergensi, sed ab ipso Imperatore peti ac impetrari, nisi quis forsan ex speciali causa & privilegio ad Electoratum Saxoniæ & officium Archimareschallatus id restringere velit: † Sed absque omni fundamento, cùm de specialitate aliqua vel privilegio nullibi quicquam reperiatur. Quin & officium Archipincernatûs † unà cum regno Bohemiæ immediatè ab Imperatore & S. Romano Imperio in feudum recipi, ex literis investituralibus apud Joh. Bapt. Eysen *in Reductione Bohemiæ, in Beylagen num. 18. 21. & 27.* probat Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 8. num. 6.* Vilcher *in discursu de elect. Regis & Imp. Roman. conclus. 14. num. 46.* † Gaudium ideoque penetrare nequeo, cur aliter senserint Politici & Historici, si non ansam dederit divortio, quod bona quædam † ad tertias

31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.

Electoratuum pertinentia ab Episcopo Bambergensi in feudum concedantur, quorum [illegible] simile officium ab ipsis in feudum recipitur & per subofficiarios exercetur, velut † in specie de Ar- (38.) chipincernatu docet Goldast *dict. cap. 8. num. 11.* non Electorale illud officium, quod immediatè ab Imperatore investitur, cujusve Vicarius est Baro Limburgensis in Franconia: † sed Episcopale (39.) Principatus Ecclesiæ Bambergensis ab Episcopo illo feudi modo impetrari, cujus subofficiatus dicitur Nobilis de [illegible] in superiori Franconia, † eumque bona ad Pincernatum illum Bam- (40.) bergensem pertinentia à Rege Bohemiæ in feudum tenere, asserit idem Goldast. *dict. loc.* post Freher. *in not. ad Petr. de Andlaw 2. cap. 15.* Windeck *de princip. Elector. origin. cap. 14.* Martin. Ma-ger. *de Advocat. armat. cap. 5. num. 422. & seqq.* Ita habent † hodie Electores officia sua respectu saltem quorundam bonorum & (41.) redituum in feudum ab Episcopatu Bambergensi recognoscunt, non ut officia Electoralia, sed ut Episcopalia, quæ † per vicarios (42.) suos ex Equestri ordine, quibus deinde in subfeudum ea concedunt, gerere ac deservire solent. Bohemus, ut supra innuimus, † per illum von Aufsaß: Palatinus per illum von [illegible]: (43.) Saxo per Mareschallum von Ebnet: Brandeburgicus per illum von Rotenhan. Hinc † ornamentum illud Episcopatus Bamber- (44.) gensis, à Catholicis vulgò sericeum Divæ Conigundis filum appellitatum. Bruschius *dict. loc.* ex quo Bamberga † muro & vallo (45.) haud cingenda, quia S. Conigundis eam serico filo, pro muro circumdederit, prout est in ore vulgi. Joach. Cluten. *in Syllog. rer. quotidian. ch. 24. lit. O.*

## *Quæstio II.*

### *An Rex Bohemiæ cogatur officium Archipincernæ sub Corona Regali explere, nec possit hoc facere cæterorum instar Electorum, sub pileo Electorali?*

*Tit. 27. A. 8. 2.* Miramur, quod scripserit Restaur. Castaldus Regis Bohemiæ lib-

libero esse relictum arbitrio, an primum Imperatori potum ministrare velit, nec ne, *in tract. de Imp. quæst. 1, num. 21.* Cum hoc ipsum haut obscurè † ei injungat Bulla nostra *tit. 27.* §. Der Pfaltzgraff etc. *junct.* §. Nach solchem sol der König zu Böheimb etc. † accedente imprimis observantia interprete constitutionum optima. Wilhelmo namque † Regi Romanorum Coloniæ electo atque coronato, Regem Bohemiæ Ottocarum Archipincernæ munus in primo potu ministrando solenniter obivisse, testantur annales in anno 1208 Windeck *de princ. Elect. orig. cap. 15. num. 3.* Eodemque modo Imperatori Rudolpho I. Austriaco † in coronatione Reginæ Conjugis, Wenceslaum Bohemiæ Regem Generum ejus, pocillandi officio functum esse, ex ipsius Cæsaris attestatione colligendum autumat Goldast. *in Bohem. lib. 3. cap. 8 n. 9.* ubi porrò † dicit *num. 10.* eundem Wenceslaum Regem Alberto I. Imperatori in Comitiis Norinbergensibus, in quibus Anna Imperatrix coronabatur, officium suum exhibuisse satis pompose ex Colmariensi, Monacho Dominicano. † qui de hoc ita disserit: Rex Romanorum Albertus in Nurnberg Curiam solemnem celebravit, ibique Regina more debito coronatur, & pene omnes Electores præsentes extiterunt. Ibi dignitas cujuslibet domini coram Rege solenniter recitatur, & quilibet dominorum Regi in officio suo, sicut debuit, ministravit. Verò Bohemus † cum pretiosissima veste & equo, qui ad mille marcas æstimabatur sedens, in scypho aureo potum ipsi porrexit, *Annal. part. 2.* Joach. Cluten *in syllog. rer. quotid. cap. 24. lit. c.* Windeck *dict. cap. 15. num. 3. in fin.* Nec tamen † assertio Castaldi fundamento videtur destituta, si verba Bullæ ponderaverimus, *in tit. 4. § ult.* quæ sic habent: Den ersten Trunck aber ein König von Böheimb / welchen er doch unter Königlicher Cron / Inhalt seines Reichs Privilegien / wo er es nicht freywillig thun will / zureichen nicht verbunden. Ergo liberæ Regis voluntati relictum est, † an primum porrigere velit potum nec ne. Sed nullum planè ex hoc textu accedit adjumentum assertioni Castaldi, modò verba Bullæ rectè accipiantur, & debita usu adhibeatur distinctio. † Duplex nimirum movetur in hac quæstio. Una, in quonam Regis Bohemiæ officium consistat,

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.

sistat,

11. [illegible] stat, quæ hisce verbis deciditur: † So sol der Marggraffe zu Brandenburg dem Römischen Keyser oder König das Handwasser reichen und geben; Den ersten Trunck aber ein König von Böhmen. Altera verò [illegible] num sub corona Regali administrare cogatur? Idque solum arbitrio ejus committitur, *verb.* Welchen er doch unter Königlicher Cron/ Inhalt seines Reichs Privilegien/ wo er es nicht frey willig thun wil/ zu reichen nicht verbunden/ etc. Et † verbis ideoq; posterioribus, quæstio prior jam decisa, non denuo est decidenda, sed restringuntur ea ad posterioris quæstionis determinationem. Ac sane aliquando dubitatum fuit, † an Rex Bohemiæ cogatur sub corona Regali, quia Rex est, munus hoc verò cæterorum instar Electorum sub pileo saltem Electorali [illegible] *dist. tit. 4.* ita legitur decisa, † ut nec debeat præcise sub corona Regali potum porrigere Imperatori, nec tamen si velit, id facere prohibeatur. Quo & respicit † declaratio Electorum [illegible] matricibus in Comitiis *Anno 1356* pronunciata, [illegible] Archipincernatus officium, coram Imperatore vel Rege Romano in solennibus Curiis sub corona Regali exercere non debere, neque teneatur ad hoc, nisi velit facere spontanea voluntate. † [illegible] erit tamen juxta beneplacitum in præsentia Imperatoris vel Regis Romanorum, dum solennis Curia hujusmodi celebrari contigerit, procedendo, sedendo vel stando Regalem gestare coronam, sicut hoc Serenissimorum Principum, Dominorum Regum Bohemiæ, progenitorum & prædecessorum ipsius consuetudo laudabilis ab olim noscitur observasse, apud Goldast. *in const. Imper. tom. 2. anno 1356. fol. 91.* Gevvold. *de S. Rom. Imper. Septemvir. cap. 9. fol. 153.* † Quantumvis igitur sæpiùs forsan Rex Bohemiæ sub corona Regali processerit in Curia solenni, quod & in actu Electionis ac Coronationis † Ferdinandi I. Imper. Coloniæ Anno 1531. Maximiliani II. Francofurdiæ Anno 1562. Rudolphi II. Ratisbonæ Anno 1575. Matthiæ Anno 1612. & Ferdinandi II. Anno 1619. factum constat ex relationibus & protocollis Elect. & Coronat. Goldast. *in Polit. Imper. part. 1.* Inde tamen necessitas inferenda haud est, prout jamdudum † Albertus I. Imper. in Comitiis Norimbergensibus est arbitratus, de quo ita Magerius: Und wie-

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

wol

wolt † *Wenceslaus* der Königens Böhmen/ als wir am Sontage nach *Martini* zu Nürnberg Hoff gehalten/ und unter der Königlichen Crone gesessen/ Uns auff unser Begehren sein Schenck-ampt unter seine Crone verwaltet/ so ist doch solches aus keinem Recht noch Pflicht/ sondern aus rechter Liebe so er zu uns gehabt/ und noch tragen thut/ geschehen. Deßwegen sollen forthin † weder er noch andere seine Nachkommende Könige zu Böhmen/ darzu gezogen/ noch von den künfftigen Römischen Keysern oder Königen verbunden noch verpflichtet werden: Sondern Ihnen soll dieses gantz unnachtheilig seyn; *in Chron. Bohem. part. 1. anno 1289.* † Labitur hinc Herman. Maur. Cancellarius Coloniensis singulare attribuens privilegium Regi Bohemiæ, quod possit munus suum obire habens coronam in capite, *in tract. de coronat. Caroli V. Imper.* † Nec enim ex privilegio id competit, sed liberrimæ ejus voluntati est relictum.

22. 23. 24. 25.

## *Quæstio III.*

### *Absente aliquo Electore, utrum ad ejus Legatum, an verò ad Subofficiarium sive Vicarium pertineat officii administratio?*

Æqvum omninò est, ut quæ splendida sunt officia, nulla obscurentur tenacitate, sed liberalitas ea concomitetur; ex quo Carolus noster † sanctione de administratione officiorum Electoralium hoc addidit, ut iis peractis, equi & instrumenta quibus Electores in exercitio officiorum usi fuêre, cedant Vicariis seu Subofficiariis. Eqvus † nempe & pelvis Brandeburgici sub Camerario de Falckenstein, hodie Comiti de Hohenzollern; † Eqvus & scutellæ Palatini, Magistro coquinæ de Nortenberg, hodie Subdapifero de Waldenburg: Eqvus & scyphus Regis Bohemiæ † Vicepincernæ de Limburg:

*Tit. 27. A. B.* 1. 2. 3. 4.



Eqvus

5. † Equus verò, baculus & mensura Saxon. Electoris Vicemarescallo de Pappenheim, *b. t. 27. §. ult.* Bernhard. Bertram *de Comitiis concl. 32. circ. fin.* Arum. *hic concl. 42.* Marqu. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo lib 2. cap. 15.* Prospicere nempe voluit 6. † Vicarius Imperator de præmio quodam seu recompensatione, ne nudus ipsis sit dignitatis titulus & officii administratio absque commodo. 7. † Clarum inde redditur, quinam sint Electorum officiarii seu Vicarii, diversi usque ab illis, qui expediunt officia hæc in Episcopatu Bambergensi, de quibus *quæst. 1.* 8 † Non rarò inter hos & Legatos Septemvirorum absentium in Curiis solennibus controvertitur, 9. † utri 10. nam officia Electoralia expediri debeant? Etsi verò Legati repræsentent personam suorum principalium, in quorum locum surrogantur, eandemque induant qualitatem & repræsentationem, ut non immeritò exercitium officiorum 11. † istis incumbere videatur, *arg. cap. ecclesia. 3 ubi Gloss. Extr. ut lit. pend.* ibique Panormitan. Alexand. *lib 4. Consil. 55. num. 12.* Pro Vicariis tamen respondere 12. † haut dubitamus cum [illegible] Arum. *hic concl. 43.* Martin. Rumelin. *hic part. 3. diss.* [illegible] Lehman. *lib 7 Chron. Spirens. cap 35. in fin.* Dan. [illegible] *dissert. de iur. publ. Imp. germ. cap. 14.* Idque sive rationem juris, sive observantiam attendamus. 13. (1.) Postquam † enim [illegible] tia hæc sunt personalia, in quibus industria personarum [illegible] cta, hoc ipso quòd certi sint constituti [illegible] 14. 27. non utique per alios † quàm per quos lex voluit, expediri debent, *l. cujus bonis. 9. ubi gloss. ff. de curator. furios.* Quistorp. Cubach. *apud Arum discurs. 35. num. 19. & seqq.* [illegible] locum hic habeat illud vulgatum: 15. † provisio legis tollit provisionem hominis, *arg. l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1. l.* [illegible] *42. ff. de oper. libert.* (2.) Cumque Carolus IV. Imperator ratione commodorum, quæ ex præstatione officiorum cedunt Vicariis, non Legatorum personam attendat, sed ordinarios substituat Curiæ ministros, *d. t. 27. §. ult. vers.* [illegible] 16. [illegible] † idem sane in nostro casu de Legatis absentium Electorum erit statuendum, ne melior horum [illegible]

conditio quàm ordinariorum Vicariorum. (3.) Nec obser-
vantia nos derelinquit: † si quid in actu Coronationis Ma- 17.
ximiliani I. Imperatoris *anno 1494.* celebratæ percontemur:
In illis siquidè pro Subcamerario Barone de Weinsberg con-
tra Legatum Electoris Brandeburgici judicatum, didicimus
ex Goldasto in Politischen Reichshändlungen, *part. 1. cap. 4.*
† Cumque ad actum Coronationis Caroli V. Imper. *anno 1520.* 18.
Fridericus Elector Saxoniæ, Principem Anhaltinum vice sua
misisset, non hic sed Submareschallus de Pappenheim offi-
cium demetiendi avenam præstitit, teste Hartm. Mauro, *de
Coronat. Caroli V. Imp.* idemq; † in coronatione Matthiæ, nec 19.
non Ferdinandi II. & invictissimi nunc Imperantis Dn. Fer-
dinandi III. Cæsarum, observatum percepimus. Hocque
ipsum ad eum porrò trahi casum Goldastus, quo præsens qui-
dem est Elector, † sed ipsemet in Imperatorem eligitur, ut of- 20.
ficio nequeat ulterius præesse. Ita namque in prædictis D.
Matthiæ & Ferdinandi II. inaugurationibus, † Baronem 21.
de Limpurg, S. Romani Imperii Vicepincernam vicem Re-
gis Bohemiæ præsentis, sed in Imperatorem electi admini-
strasse, firmat se ipso teste oculari, idem Goldast. *in Bohem.
lib. 3. cap. 8. num. 18. in fin.* † quod & in coronatione Maximi- 22.
liani II. *anno 1562.* factum refert, Auct. *discurs.* Wie es auff
Reichstägen pflegt gehalten zu werden. Licet *anno 1355.* in
Comitiis Metensibus, in quibus Bulla nostra, præsentibus
Galliæ & Regni Arelatensis Ordinibus ad Imperium spectan-
tibus, primùm fuit publicata, Carolo IV. Imper. † qui pri- 23.
mus Regum Bohemiæ in Imperatorem est electus, Walra-
mus Dux Brabantiæ & Lutzenburgensis hoc officium præsti-
terit, Hagec. *in Chron. Bohem. part. 2. ann. 1356.*

## QUÆSTIO IV.

### *Coronatio Regis Romanorum seu Imperatoris, quo in loco hodiè peragatur, & quis Electorum coronam ei imponat?*

*Tit. 28. A. B. 1.*

Rariores hodiè habentur Curiæ solennes, in quibus offi-

 cia

cia sua administrant Electores, & ferè nunquam nisi in coronatione novi Regis Romanorum vel Imperatoris; Quæ quondam triplex † erat, Lombardica nempè, Romana & Germani-
2. ca, ad significandum scilicet triplex Imperatoris dominium †
3. in Asia, Aphrica & Europa, si credendum *Zoannetto de Rom. Imp. n. 248.* Mediolani enim in Lombardia coronabantur Im-
4. peratores olim ab Episcopo Mediolanensi, † & ita Reges in Italia declarabantur, Carol. Sigon. *lib. 7 de Regn. Ital. p. 176. & lib 8 p 187.* Onuphr. Panvin. *de Comit. Imper. cap. 11.* apud Gol-
5. dast. *in Polit. Imper. part. 2 discurs 1.* idque per impositionem † coronæ ferreæ, quia Regnum Romanum ferri figura apud Danielem designabatur, Alciat. *de form. Rom. Imp. pag.* [illegible] Se-
6. cundo coronabantur † quondam Impp. Romæ ad altare in Ecclesia S. Petri aureâ coronâ, ad denotandam Imp. præcellentiam præ aliis Regibus, quemadmodum aurum cætera
7. præcellit metallis. Goldast. *in Polit. Imp. part. 4. disc.* [illegible] † Licet quandoque alibi ex arbitrio Pontificis coronatio Romana fuerit peracta. † teste Hier. Balbo *de coronat. cap.* [illegible] apud Goldast. *in polit. Imper. part. 3. p 260.* Veluti Carolum V. Imp.
8. coronam hanc auream † de manu Pontificis, unà cum sceptro aureo, nudato ense, aureoque pomo Bononiæ accepisse, lucessit ex *Reichs. Imper. Abg. de anno 1530. impr.* [illegible] Daß unsere K. M. Krönung (welche wir ohne alle Gefahr und Versäumnung mol zu Rom holen wollen/ und von dannen also fort fürter in das Königreich Neapolis kommen wären) zu Bono-
9. nien empfangen. † At successu infelici, [illegible] ingens, [illegible] quem Pontifex ac Imperator quoque cum suo comitatu ingrediebantur templum, non sine multorum jactura corrue-
10. ret. Quam † rem in omen quidam vertentes, nullum deinceps alium Imperatorem coronatum iri à Pontifice, vaticinati fuere, Henr. Cornel. Agrippa *de dupl. coronat. Carol. V. cap.*
11. *15.* † Nec vanum hucusque eorum fuit augurium; abrogatâ quippe hodiè utraque coronatione tam Italica, quàm Romana; Illâ quidem quod nihil vel parum juris ac potestatis in Ita-
12. lia hodiè competat Imperatori. Hac † autem, quod tantum & fru-

frustraneam judicaverint eam Electores, postquam non à Pon-
tifice, nec ab ejusdem inauguratione, sed per solam electio-
nem Majestas & authoritas Cæsari defertur, in Comitiis Re-
nsensibus *de anno 1338.* Georg. Sigismund. Seld Vice Cancell.
Imperii *ad Imp. Ferd. I. in consil.* Von Ihrer Käyserlichen Majest.
Wahl und Hoheit. † Nec enim ullo jure aut Patrum ordinatione, 13.
sed blandâ adulatione, & Romanorum Pontificum spontaneâ
ingestione, per abusum reverentiæ, Coronatio Papalis creditur in-
troducta, Onuphr. Panvin. *de Comit. Imper. cap. 5.* Johan. Garf. *in
Orat. de Coron. Pontif.* quod † & voto suo comprobavit modò 14.
laudatus Imperii Vice Cancellarius, qui hoc ignorare non po-
tuit, quando scribit: Darumb so weiß ich mich nicht zu berichten/
daß durch solche Päpstliche Crönung/ einem erwehlten Römischen
Keyser eine mehrere Gerechtigkeit/ weder er vorhin hat/ zuwachse o-
der gegeben werde. Möchte † wol wahr seyn/ (wie unsere Rechts- 15.
gelehrten davon schreiben) weil insonderheit die Alten ihrem Christ-
lichen Eifer nach/ gerne alle grosse Dinge mit Gott dem HErrn an-
fangen/ so hat ein Römischer Keyser/ als das oberste weltliche
Haupt wollen geistlich seyn und *consecriret* werden. *in dict. consil. ad
Imp. Ferd. I. pag. 77.* Cum quo etiam transit Petr. Matthæ. *ad cap.
15 lud. pag. 165.* † Sed cùm ab Archi-Episcopis Electoribus in Ec- 16.
clesiæ conventu etiam fiat consecratio, & pro Electo fundantur
preces, quò Deus cor ejus confirmet, atque corroboret, pietatem
illi augeat, & sui omnimodis timorem instillet, secundet ejus con-
silia & actiones ita fortunet, ut Ecclesiæ & Reipublicæ salutares
evadant, † quid opus ulteriori confectatione, non sine ingenti 17.
periculo, longinquo itinere & jactura Reipubl. Germanicæ à
Pontifice Romano impetranda? Licet ex vetustâ consuetudine † 18.
eam Capitulationi Cæsareæ etiamnum insertam legamus. Re-
mansit ergò sola & unica coronatio, nempe Germanica: † non 19.
ferreâ coronâ, ad designandam fortitudinem, ferreamque con-
tra rebelles & infideles severitatem, ut quidem nugantur, Georg.
Schönborn *lib. 5. polit. cap. 9. p. 420.* Julian. Schneidvv. *ad proœm.
Inst. n. 6.* Nec † argenteâ, ut autumat Onuphr. Panvin. *dict. cap. 11.* 20.
& cum eo Juris Professores passim in commentariis suis, sed au-

21. ..., quæ fuit Caroli Magni † ex puro puto auro fabrefacta, peragenda, Hartm. Maur. *de Coron. Caroli V. Imp.* Hier. Balb. *de* [illegible] *cap. 21.*

22. De hujus † coronationis ritibus ac solennibus cum jam antea fusè scripserimus *in comm. ad Leg. Reg. cap.* [illegible] quicquam

23. hic addere supersedemus. Id saltem reassumentes; † Ubinam & à quo Rex Romanorum seu Imperator sit coronandus? [illegible]

24. autem decisum reperitur in Bulla nostr[illegible]; † Illud [illegible] *pag.* ubi Carolus IV. civitatem Aquisgranensem coronationi destinavit [illegible]

25. Wir befinden auch / [illegible] quo recedere noluit † Carolus V. [illegible] torem coronandus, de peste Aquisgrani [illegible] nitus, respondens, se constanter decrevisse [illegible] Carolorum sede Regni diadema assumere, Hartm. Maur. [illegible] *leg. tract. de coron. Caroli V.* Joh. Sleid. *lib.* [illegible] *Hist.* [illegible]

26. [illegible] 4. §. Ferner so [illegible]. In qua Elector Coloniensis [illegible] tur honore, ut coronam recens [illegible] Reg. Romanorum [illegible] nat.

27. Quid ergò est, inquies, † quod Ferdinandus I. & [illegible] Maximilianus II. & Matthias Francofurdi, Rudolphus [illegible] Imperator Cæsar invictissimus Dn. Ferdinandus III. [illegible] rint coronati?

28. † Quid etiam, quod Rudolpho II. [illegible] Archi-Episcopi conjunctim, & moderno Imperatori Dn. Ferdinando III. Moguntinus & Coloniensis coronam [illegible] rint? quæ

29. † omnia ex actis coronationum discere licet. [illegible] nimirum articulus est de iis,

30. † qui usu contrario [illegible] passi fuere; Haud paucos enim suppeditant nobis [illegible]

31. † quibus per contrariam observantiam non semel à sanctionibus Aureæ Bullæ justis ex causis recessum videmus, licet de hoc [illegible] conquesti, Cyriac. Spangenberg *in chron.* [illegible] *in Bohem. lib. 4. cap. 6. n. 22.*

## QUÆSTIO V.

### *Quânam linguâ negotia Imperii agenda, & tractanda?*

*Tit. 31. A. B.* Ultimum, quod est in Sanctione Carolina Bullæ [illegible] haud-

1. quaquam sit ultimum, in educendis Principum Electorum [illegible] ad spem trabeæ & dignitatis paternæ adolescentium, qui scilicet

2. à septimo ætatis anno non saltem in Italica & Sclavonica: † Sed

& aliis in linguis instituantur, Cùm Electoribus conveniat diversarum idiomatum & linguarum cognitio, quo sermonem multis cum gentibus communicare, plures intelligere, & à pluribus intelligi possint, b.t. 30. † Præpollet autem Latinæ vocis honos, vel saltem ob veterem Matris Romæ, Imperiiq; Romani ad Germanos translati memoriam. Unde † in cunctis fermè provinciis, omnes contractus, omnia pacta, omniaq; decreta & sententiæ nulla alio, quàm latino charactere fuerunt & scriptæ & propositæ, † omnes etiam eâdem lingua auditæ legationes, Herm. Kirchn. *de off. & dignit. Legati, lib. 2. cap. 7. n. 31.* Ut non immerito Sigismundus Imperator † quondam latinæ linguæ ignorantiam in Principibus & Electoribus vehementissimè reprehenderit, quod exteris Legatis in latinâ oratione auditis nemo omnium fuerit, qui latinè potuerit respondere, † idque tanto rubore fuisse, ajunt, Ruperto Principi & Comiti Palatino, ut domum reversus, in summa etiam senectute Magistro adhibito, latinas literas didicerit, Kirchn. in Morvilles. *lib. 1 cap. 11 n. 14.* † Existimant equidem vulgo [illegible] Civile & Politicum, ut loqvuntur esse, Gallicè loqui, Italicè scribere, Hispanicè dicere, Latinam verò aut Græcam linguam † solis Academiis & hominibus de schola relinquendum: Sed audiant illi, quod de Comitiam scriptum est, qui cùm Gallicam, Italicam, Germanicam & Hispanicam linguam sciret, per [illegible] tamen ætatem doluisse fertur, quod Latinam linguam non didicisset, eamq; infelicitatem suam sæpissimè deplorâsse, Morvill. *dict. cap. n. 21.* † Rudolphus tamen Imperator ejus nominis I. edicto cavit *anno 1274.* ut omnia mandata, edicta, privilegia, pacta dotalia, contractus & id genus alia scripta, Teutonicâ cõscriberentur linguâ, Gold. *tom. 2. Constit. Imp. p. 311.* Avent. *lib. 6 annal.* † sive ob inscitiam Nobilitatis, Joh. Limn. *lib. 4 jur. publ. cap. 1. n. 198.* sive quod ipsemet † ignarus literarum ac Latinæ linguæ esset. Hinc cùm non intelligeret, quid adversus se Legatus Bohemicus, Episcopus Seccoviensis, detonaret, ssamq; in lapide, ut Comicus loquitur, vendi sese non animadverteret, mandavit † ne in posterum ad se qui alius Seculares Imperii Principes Latinam nescientes linguam, latinè, sed germanicè nuncii perorârent, Hold. Mut. *in vita Rudolphi*, Guthard. de Rud. *hist. Auster p. 25.* † Obtinuit nihilomi

3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

nus

nus utraque in Imperio lingua Latina & Germanica in scriptis &
16. actis Imperii publicis usurpanda, ut colligere est ex verbis † Capitulationis Cæsareæ: Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs keine andere Zung noch Sprache brauchen lassen, dann die
17. Deutsche oder Lateinische Zunge. Cur ergò, inquies, † Carolus IV. Imperator Secularium Electorum filios in Grammatica Italica & Sclavonica linguæ institui jubet, mentionem haud facit linguæ La-
18. tinæ? *b. t. 30.* † Pro ratione nimirum illius temporis hoc ita valuit, quo Italia & Regiones illæ, ubi Sclavonica, & ex ea manantes aliæ linguæ sunt in usu, Imperio adhuc parebant; Sed post-
19. quam † ad terminos angustiores id fuit redactum, constitutum est posteriorum Impp. temporibus, ut in actis Imperii atque scriptis, non aliud quam Latinum vel Germanicum idioma usurpetur,
20. Dom. Arum. *bic consil. 46.* † Hodiè autem Germanicum ferè solum,
21. cùm & aliæ vernaculam suam aliis prælatam velint gentes. Ita † namque Ludovicus XII. Rex Galliæ sanctione prohibuit, ne Senatus alio quam Gallico idiomate publicaret judicata & decreta. Joh. Bod. *lib. 1. de Repub. c. 10.* Joh. Limn. *dict. lib. 9. cap. 1 num.* [illegible], Kirchn. de
22. *Legat. dict. cap. 7 n 34.* Cumque † antea in Curiis Franciæ lites latinè disceptarentur, Franciscum I. contrarium cavisse, refert ex Broidæo *in supplemento hist. fori Polet. lib. 5. cap. 15.* Limn. *dict. c. 6* [illegible].
23. Quidni ergò etiam † in nostro Imperio Germanico lingua verna-
24. cula in negotiis Imperii prævaleret? Non certè absque ratione: † quo scilicet species omnis officiorum Imperialium externa, [illegible] morum, ita plurimùm Germanicæ linguæ sunt insolentes, præscin-
25. deretur. Joh. Sleidan. *lib. 1. hist.* † Et annon vestem, ceremonias, ac gestus salutationis externos rejecimus? qui verò linguam exter-
26. nam assumemus? Major † siquidem ex linguæ alienæ usurpatione, subjectionis indicium, quàm ex illis oritur. Imo verò, inquit
27. Kirchn. certissimum † majestatis argumentum est, posse subditos cogere, ut imperantis lingua ac sermone utantur. *dict. lib. 2. de of-*
28. *fic. Legat. cap. 7. n. 27.* † Ne quidquam addamus de præstantia & excellentia linguæ Germanicæ, quam hic pleniùs demonstrare attine-
29. remus, † nisi hujus laboris exacto studio nos sublevasset Limn. *lib. 1. juris publ. cap. 6. n. 50. & multis seqq.*

*Soli Deo Gloria.*

F I N I S.